MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80540-22

AUTHOR:

HENNICKE, FRIEDRICH H.

TITLE:

DE ALPHA INTENTIVO

PLACE:

[GOSLIN]

DATE:

[1846]

Master Negative #

92-80540-22

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


Hennicke, Friedrich Heinrich,
De alpha intentivo...scripsit Fridericus Henricus Hennike... [Göslin, Hendess, 1846].
28 p. 24½ cm.


On cover: Jahresbericht des K. und Stadt-gymnasiums zu Göslin...1846.

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4/8/92 INITIALS F.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT








Centimeter



Inches

no. 2

Jahresbericht

des

Königlichen und Stadt-Gymnasiums

zu Cöslin

für das Schuljahr Ostern 1845 bis dahin 1846,

verfaßt

vom

Director Dr. O. M. Müller,
Königl. Professor u. Ritter d. r. A. O. 4. Kl.

Vorangeht eine Abhandlung des Oberlehrers Dr. Hennicke: *De alpha intentivo.*

Cöslin.
Gedruckt bei C. G. Hendeß.

1846

De alpha intentivo.

Praemissa est epistola ad E. Schellium.

Scripsit

Fridericus Henricus Hennicke,
philosophiae doctor, supp. ordd. gymn. praeceptor.

F. H. Hennicke Eugenio Schelle S.

Quemadmodum mihi saepenumero grata illius temporis in mentem venit recordatio, ubi, quum inter amoenissimos Silesiae montes otio perquam dulci frueremur, splendida honestissimorum virorum corona stipati alter cum altero ita versati sumus, ut multorum annorum familiaritate, non usu paucorum dierum inter nos coniuncti esse videremur: sic te quoque eorum, quae tunc cum de aliis tum de publicis rebus acriter quidem at sine ira tamen et studio disputavimus, hominumque, quibuscum fuimus, memoriam nondum ex animo deposuisse arbitror. Quare quum circumspicerem num qua fieri posset, ut amici memorisque animi aliquod certe testimonium tibi darem, studiorum rationem ac pristinum morem, quo sollemnibus scholae indicendis aliqua de rebus ad artem pertinentibus disputatio praemitti solet, ita tulisse laetatus sum, ut hoc ipso tempore mihi scribendi provincia obtingeret; praesertim quum diu moleste tulissem, quod eorum, quae ante hos octo annos edere incepissem, ne tanto quidem spatio intermisso reliqua addendi opportunitas obvenisset. Atque laetatus sum, non quo putarem hoc munere, quod quantum sit ut si quis alius ipse probe intelligo, magnum aliquod in te beneficium conferri, sed quod hac etiam ratione amicitiam nostram patefieri atque omnium quasi ante oculos constitui videbam. Nam quamquam intelligo, quantum tuorum studiorum ratio ab iis, quae ipse tractare consueverim, absit, tamen, quum qua sis in me voluntate cognoverim, his ieiunis disputationibus aridisque quaestiunculis te aures praebiturum esse spero, de quibus idem valet, quod de mulieribus dixit poeta, ut nec cum iis satis commode nec sine iis ullo modo vivi possit. Antisthenes enim *ἀρχὴ* inquit *παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις*. Accedit quod in hac rerum turba et his gravibus controversiis magnisque contentionibus, ubi par est ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes accommodare, magis quam umquam requiescendi locus acceptus est et unusquisque ad tempus certe studiorum a reipublicae strepitu remotorum recessus petere non solum non recusat, sed vel maxime cupit. Quamquam, quum te eam partem reipublicae gerere videam, in qua non fortuna dominetur, sed in qua plurimum ratio possit et diligentia, non minimum in tua et virtute et moderatione

positum esse iudico. Sed noli hic doctrinam, subtilitatem, elegantiam exspectare. Nam tantum abest, ut tuae exspectationi me satisfacturum esse confidam, ut sermone meo minus eleganti parumque ornato politissimis tuis auribus ne obstrepere videar non sine caussa verendum ac tuam iudicandi aequitatem mihi etiam atque etiam expetendam esse credam. Quo igitur haec data sunt animo eo ut accipias oro rogoque: benevolentiam autem tuam erga me numquam fac deponas quoque rarius litterae a te perferuntur ad me hoc velim diligentius scribas, quo animo feras quae geruntur et qui sit hoc tempore tuae mentis sensus aut omnino vitae status. Reliquum est, ut te cohorter, ne valetudinem tuam negligas. Vale.

De alpha intentivo.

> Die Wichtigkeit ist ein relativer Begriff und was in einem Betracht sehr unwichtig ist, kann in einem andern sehr wichtig werden. Als Beschaffenheit unserer Erkenntniß ist dazu Eine Wahrheit so wichtig als die andere: und wer in den allergeringsten Dingen für Wahrheit und Unwahrheit gleichgültig ist, wird mich nimmermehr überreden, daß er die Wahrheit bloß der Wahrheit wegen liebt.
>
> Lessing.

Nuperrime, quum G. F. Schoemannum [1]), elegantissimum doctissimumque antiquarum litterarum interpretem, et A. Lobeckium [2]), grammaticorum principem, de alpha intentivi natura diversa statuere vidissem, operae me pretium esse facturum existimavi, si quae ipse certa vel probabilia reperissem scitis harum rerum existimatoribus proponerem; praesertim quum Lobeckio pleraque adiectiva, in quibus Doederlinus alpha intentivum agnovisset, tam impenetrabili quasi robigine obducta esse, ut origo vix probabiliter coniectari posset, dicenti non astipularer. Atque quamvis me non lateat, quos et quam eximios fructus ex huiusmodi opera hae litterae percepturae fuissent, si quis varietate rerum et ingenii acumine instructior ad illam rem aggressus esset, tamen, quum illud *ἐκ τοῦ περιζώματος ἀσκεῖν* quantum fieri potuit fugerim, me quoque non omnino spernenda prolaturum esse spero. Sed id velim memineris non mediocres tenebras esse in silva, ubi haec captanda, saepeque in tramitibus quaedam obiecta, quae euntem retinere possint, ita ut, si probabilia dicantur, saepenumero nihil ultra requirendum esse videatur. Quamquam poetam dicentem

> In ein großes Verhältniß, das fand ich oft, ist die Einsicht
> Leicht, das Kleinliche ist's, was sich mit Mühe begreift

multos qui laudent sententiam et commendent inventurum esse recte mihi videor dubitare. Caeterum in ea disciplina, quae in originibus vocabulorum indagandis versatur, vera non semper veri similia, similia veri non semper vera esse reperitur. Nos autem, quum doctrinam de alpha intentivo omnem omni fundamento carere ostenderemus, id imprimis cavendum duximus, ne nimium ingenio indulgentes ad foeda usque ludibria laberemur neve, ut

---

1) De nymphis Meliis, Gigantibus et Erinysin theogoniae Hesiodeae. Gryphisw. 1845. p. 10. De Oceanidum et Nereidum catalogis Hesiodeis. ibid. 1843. p. 7.

2) De prosthesi et aphaeresi II. p. 11. Regiom. 1844.

cum Seneca loquamur, disputationibus inanibus subtilitatem vanissimam agitare videremur. Atque futurum esse spero, ut mihi, qui illud poetae secutus sim *ἐφ' οἷς γὰρ μὴ φρονῶ σιγᾶν φιλῶ*, inter virtutes habeatur aliqua nescire. Haec quidem hactenus; iam ad rem ipsam accedamus, cuius utinam, ut est apud Gellium, non primam cutem ac speciem, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam eruere atque introspicere contigerit. Sed restat, ut de ratione, quam in explicandis his rebus secuturi simus, pauca dicamus. Servato enim litterarum ordine singulas voces, in quibus vel veteres vel recentiores grammatici alpha intentivum inesse opinati sunt, ita proponemus, ut, ubi error interpretum manifestus sit, rem vel verbo indicasse satis habeamus, ubi lateat, non solum eius originem, sed etiam, quo ad cognoscendum omnia illustria magis magisque in aperto sint, num quo modo corrigi possit quam brevissima oratione doceamus. Ubi, quum is interpres nobis laudetur, qui neque assentiatur temere nec sine caussa diffidat, sed prudenter subductis rationibus quid verum sit exploret, quaecumque recta veraque apud alios inveniri arbitramur libenter atque ingenue, uti par est, in usum nostrum convertemus.

1.) ἀάατος.

Eust. ad Od. 21. 91. *Δύναται δὲ ἄλλως ἀάατος εἶναι καὶ ὁ πολυβλαβὴς, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀάσαι τὸ βλάψαι, ἐξ οὗ ἄατος ἁπλῶς ὁ βλαβερὸς καὶ κατ' ἐπίτασιν ἀάατος ὁ πάνυ τοιοῦτος.* Loci, ad quos haec pertinent, hi sunt: Od. 21. 91: 22. 5. *οὗτος μὲν δὴ ἄεθλος ἀάατος ἐκτετέλεσται.* Doederlinus (de alph. int. p. 5.) bene explicat illaesus, robustus, validus, recte comparatis illis *κρατερὴ ὑσμίνη, φύλοπις*. cf. Schol. Apoll. Rh. 3. 120. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 75. ed. II. Quam apta sit haec interpretatio ad illum locum, qui est Jl. 14. 279. *ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ* quicumque hymn. Merc. 519. *Στυγὸς ὄβριμον ὕδωρ* comparaverit facile intelliget.

2.) ἀαγές.

Quum Suid. haec dicat: *ἀαγές· ἄθραυστον, ἰσχυρόν.* Et. M. p. 1. 50. ita exponit: *ἀαγές· ἄθραυστον, ἀπὸ τοῦ ἄγω τὸ κλάνω ἀγής· καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ ἄλφα ἀαγής· τὸ οὐδέτερον ἀαγές. ἢ τὸ ἄθραυστον κατὰ στέρησιν ἢ τὸ πολύθραυστον.*

3.) ἄαπτος.

Hanc vocem et Suid. et Et. M. et Schol. Il. 1. 567. alpha intentivo usi admodum perverse interpretati sunt, ut intelligentibus harum rerum existimatoribus nostra annotatione opus non sit. cf. Lehrs. de stud. Arist. hom. p. 143. 144. 316. 317.

4.) ἀάσχετος.

Hoc vocabulum (Jl. 5. 892: 24. 708.) idem valet quod *ἄσχετος* (ibid. 16. 549.); quamquam Buttmann. Gramm. ampl. II. p. 359. prius alpha esse intentivum suspicatus ita interpretatur: ganz unerträglich. Eiusdem enim generis haec sunt *ἀάθικτος, ἀάσπετος, ἀάπλετος* (cf. Spitzner. Observv. ad Quint. p. 7.) et *ἐείκοσι, ἔεδνα, ἐέλπομαι.* — Caeterum Lobeckius (de prosthesi et aphaeresi II. p. 9.) recte veretur, ut Doederlinus multis persuadeat *ἄσχετος* non *ἀκατάσχετος* significare, sed *λίαν σχέτλιος*.

5.) ἀᾶται.

Hesych. *ἀᾶται· ἄγαν βλάπτει. ἀᾶσαι· ἄγαν βλάψαι.* Lobeck. de prosth. et aphaer. II. p. 8. confert *ψίω, ψιάω* cum *ἄω, ἀάω*.

6.) ἄατος.

Schol. Apoll. Rh. 1. 459. *ἄατος· ἡ ἄγαν βλαπτική· τὸ γὰρ α τὸ πρῶτον ἐπίτασίς ἐστιν, ὡς ἀχανὲς καὶ ἀτενές.* Et. M. 1. 18. *δύναται δὲ καὶ ὁ χαλεπὸς καὶ ὁ βλαβερὸς ἀκούεσθαι.*

ἴσως καὶ αὐτὸ παρὰ τὴν ἄτην ἐπιτάσει τοῦ ἄλφα· οὕτω Μεθόδιος. Pertinent haec ad Apoll. Rh. 1. 459. — *οἷά τε πολλὰ νέοι παρὰ δαιτὶ καὶ οἴνῳ || τερπνῶς ἑψιόωνται, ὅτ' ἄατος ὕβρις ἀπείη*, ubi recte interpretaberis: s u p e r b i a i n s a t i a b i l i s, quae iniuriis atque maledictis finem facit nullum.

7.) *ἀβάλε.*

Et. M. 1. 53. *ἄβαλ, ἐπίῤῥημα· παρὰ τὸ βάλλω, κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ λ καὶ τοῦ ω καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ ἄλφα ἄβαλ καὶ ἄβελ παρὰ τὸ ἀβάλε ἐπίῤῥημα.* Lobeck. de prosth. et aph. II. p. 4. »In pari ignoratione versatur *ἀβάλε* et *βάλε*, nec fidem meret Epim. Cram. I. p. 264. *ἡ τοῦ μακροῦ α ἀφαίρεσις σπάνιος· καὶ ἴσως ἐν τῷ βάλε ἐκ τοῦ ἀβάλε*, quod alii diviserunt *ἆ βάλε*, et alterutrum abundare statuit Apollon. de Adv. p. 587.«

8.) *ἄβιος.*

Harpocrat. s. v. *τὸν ἄβιον Ἀντιφῶν ἐπὶ τοῦ πολὺν βίον κεκτημένου ἔταξεν, ὥσπερ Ὅμηρος ἄξυλον ὕλην λέγει τὴν πολύξυλον.* Hes *ἄβιος· πλούσιος· ὡς Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας α.* Non uno loco grammaticos veteres de sententia scriptorum in errore versatos esse cum aliunde notissimum est, tum ex iis, quae hic illic trademus, satis apparebit. Unde facile suspicari possis Antiphontem et quos veteres dicit grammaticus Bekkeri (Anecd. I. p. 199. 323.) voce *ἄβιος* non alio modo usos esse atque reliquos, quorum opera aetatem tulerunt, scriptores. Praeterea autem dudum hoc et a multis observatum est, vocabulorum quibus utantur populos veram vim ac significationem haud quaquam semper perspexisse. Quare A. Gellius verba multa ignoratione et inscitia improbe dicentium quae non intellexerint deflexa ac depravata esse dicit a ratione recta et consuetudine et ex ea significatione, in qua nata sint, in aliam decessisse. Neque huc referre dubitamus eam omnium populorum communem consuetudinem, qua voces non perspectas ita mutare solent, ut similium sonos referant, quamvis hae cum illis nullo modo cognatione quadam coniunctae esse videantur. De qua re egregie exposuisse video Leidenrothium in progr. Rosleb. 1836. p. 5. 24. Viehoffium in libello, qui inscriptus est: Schillers Jungfrau von Orleans. Für Haus und Schule erläutert. Düsseld. 1841. p. 40. Jacob. in Jahn. Annall. 1842. XXXV. 3. p. 322. Ritter. Europa I. p. 163. Schwenck. Wörterb. v. Sündflut. Marryat. Reise durch Amer. 1837. interpret Baermann. II. p. 77. de Schmid. Schwäb. Wörterbuch p. 46. Cic. N. D. 2. 43. Gell. 13. 9. Perizon. ad Sanct. Min. 1. 10. Gesen. Lexic. hebr. p. 624. ed. IV. Maafs. Synon. II. 161. VI. 168. J. H. Vofs. annott. ad Idyll. III. 248. Goeth. Kunst und Alterth. II. 3. 192. Billerbeck. Krit. Schulbibl. 1819. p. 94. Ita linguas multis erroribus maculatas esse apparebit, si quis reputaverit, unde illae formae *θάτερον* et *πλεῖν*, quod pro *πλέον* usurpatur, originem duxerint. Atque vel optimos scriptores naturam linguae non raro ignorasse praeterque omnem recte dicendi consuetudinem locutos esse, ut ex optimis, qui apud nos fuerunt, exemplum afferam, e Lessingii usu cognoscitur, quo accusativum cum infinitivo, quem dicunt, in nostram linguam perverse inducere conatus est. Cf. Teipel. in Jahn. Annall. novv. Suppl. VIII. 2. p. 208. sqq. J. Ochmann deutsches lesebuch zum gebrauche bei dem studium der geschichte unserer nationalliteratur. Oppeln 1837. p. 13. Etiam e Schilleri libris, si opus esset, multa possem afferre, quibus virum egregium usum esse valde miramur. Sed satis nobis est haec indicasse. Quodsi igitur vel optimi sive classici, quos dicunt, scriptores non ita raro vocibus male intellectis male usi sunt, qui fieri potest, ut quis miretur, Antiphontem, quem multa novasse constet, quum vocem *ἄβιος* in illo notissimo Homeri loco minus recte interpretatus esset, eiusdem vocis perverso usu ipsum non abstinuisse? Atque quot quantique errores huius generis apud scriptores,

qui Alexandrini vocantur, reperiantur, quum iam a multis expositum sit, modo paucos eosque apertissimos cum iis, qui hanc scriptionem legere non dedignantur, communicamus. Ita Apollonius pro *ἔφη* utitur voce *ἴσκεν* (cf. Wüstem. ad Theocrit. 22. 167) aeque perverse atque formam *δηϊάασκον* finxit ad similitudinem illius, quae est *δηϊόω* (cf. Bekk. Cens. Hom. Wolf.): neque aliter iudicandum videtur de forma *ἀκέοις* (cf. Buttm. Lexil. I. p. 11.). Dosiadem Homeri loco (Il. 1. 6.) inductum vocem *στήτη* novasse constat. cf. Bekk. An. I. p. 476. Eustath. ad Od. 12. 89. Buttm. Gramm. ampl. I. p. 509. 22. p. 516. p. 229. Wyttenb. ad Plut. p. 229. Oxf. Meineke ab Euphorion. p. 157. Musgrav. ad Soph. Oed. T. 167. Herm.

9.) *ἀβλεμέως, νωλεμέως, νωλεμές.*

Horum vocabulorum duo tantummodo quae posteriori loco attulimus apud Homerum inveniuntur: unde recte ab iis exposituri exordimur. Frustra igitur, id quod Et M. 608. 12. fecit, radicem eorum in verbo *λείπειν* quaeri Doederlinus bene ostendit: quae vero addit de *οὐλαμός, εἴλειν, ἐολῆσθαι* et alpha intentivo, unde *νωλεμές* ortum esse suspicatur, ea non magis probamus, quam quod significationem v a l d e c o n f e r t i m Homeri plerisque locis, ubi cum *ἀεί* coniunctum reperiatur, confirmari dicit. Haec et Nitzschii annotatio ad Od. IX. 425. quum nec Lobeckio Pathol. serm. Graec. Proll. p. 159. nec mihi satisfecisset amplius quaerendum esse duxi, num forte in verbo *λάω* originem vocis inesse ostenderem. Quae reperimus haec sunt. Verbum enim *λάω*, id quod nemo ignorat, non solum v i d e r e, sed etiam v e l l e significat; namque voluntatem verbis a rebus, quae sensibus percipiantur, petitis indicari intelliges, ubi *θύω, ὀργάω, βούλομαι, ἵεμαι, ὀρέγομαι* contuleris. Ab eadem radice originem duxit *λέων* (Et M. p. 559. 38.), quocum *δράκων* (Schol. Il. 22. 95)·, *δόρξ, δορκάς* recte conferuntur: neque, quo magis fiat res ad intelligendum aperta, praetermittendum est leoni saepenumero epitheta *ὀξυδερκής* et *χαροπός* adiuncta reperiri. Ceterum si quis miretur *α* cum *ε* mutatum esse formis *πασέων, ἀτέων, ἠλεός* (Thiersch. Gramm. §. 199. 7. Heyn. et Spitzn. ad Il. 15. 128.), *ἀλαός, μέλεος, μέλας* (Et M. p. 575. 53. Schol. Il. 16. 336.) comparatis quid statuendum sit cognoscet. Quo igitur modo a *τρέω, τρέμω, ἀτρεμής*, eodem a *ΛΕΩ, ΛΕΜΩ, ʼΟΛΕΜΗΣ, νωλεμές, νωλεμέως* derivantur, cum *ο* significatione non differat ab alpha negativo, id quod docetur vocibus *ἄνωνις, ὄνωνις, ὄμφαξ, πορδαλός, πόρδαλις, ὀῤῥωδεῖν, ὄρχαμος, πόρνοψ, κόρτερος.* Unde *νωλεμές* significat n o n s i n e a n i m i c o n t e n t i o n e atque recte, quo haec explicatio magis confirmetur, *ἄοκνος* conferre nobis videmur. Ortum enim existimamus hoc vocabulum ex *ο* negativo et radice *κιν* (*κινέω*) praefixo alpha negativo, ita ut Romanorum voce i m p i g e r significatio bene indicetur. Et. M. p. 597. 37. *αἱ γὰρ δύο στερήσεις ποιοῦσι μίαν ἐπίτασιν*; cf. haud iniucundus, haud ignoro. Atque haec quidem de origine: iam videamus, num significatio a nobis proposita usu confirmetur. cf. Il. 17. 385: hic voci *πανημερίοις* adverbium *ἀεί*, vocibus *μέγα* et *ἀργαλέης* alterum illud adverbium *νωλεμές* respondere apparet. Il. 4. 428. *κίνυντο φάλαγγες νωλεμέως πόλεμόνδε.* Il. 5. 490. *σοὶ δὲ χρὴ τάδε πάντα μέλειν νύκτας τε καὶ ἦμαρ || ἀρχοὺς λισσομένῳ τηλεκλητῶν ἐπικούρων || νωλεμέως ἐχέμεν, κρατερὴν δ' ἀποθέσθαι ἐνιπήν.* Od. 20. 16. Quis enim est, quin videat et Hectori et Ulyssi magna animi contentione opus fuisse? Nam, ut hoc unum exemplum persequar, Ulysses, ira propter ancillarum iniurias impletus, ne consilium ad irritum redigeretur, ita sibi temperare debuit, ut poeta addere posset *τῷ δὲ μάλ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληυῖα νωλεμέως.* cf. Od. 16. 191. — *κὰδ δὲ παρειῶν || δάκρυον ἧκε χαμᾶζε· πάρος δ' ἔχε νωλεμὲς αἰεί.* Od. 12. 437. *νωλεμέως δ' ἐχόμην, ὄφρ' ἐξεμέσειεν ὀπίσσω.* Od. 9. 435. — *αὐτὰρ χερσὶν ἀώτου θεσπεσίοιο || νωλεμέως στρεφθεὶς ἐχόμην τετληότι θυμῷ.*

Od. 4. 288. Hoc loco vocem νωχελής praetereundam non esse existimamus, quum simillimo modo explicari possit. Originem enim duxit a verbo χαλάω, unde χελών ap. Hesych. et χελώνη, testudo propter tarditatem dicta: νωχελής igitur idem est quod non impiger. Aliud Lobeck. docet Pathol. proll. p. 107. — Iam videamus, quid de verbo βλεμεαίνω tradamus. Ut enim a radice *ΜΕΝ ΜΕΝΗΣ* (ἀμενής Eurip.), μενεαίνω, sic a radice *ΛΑ* sive *ΛΕ ΛΕΜΗΣ ΛΕΜΕΑΙΝΩ* descendunt: praefixa littera β βλεμεαίνω exsistit, cuius radicem Lobeck. Proll. Path. p. 37. in occulto sitam esse dicit. Sed ne de illo β praefixo dubites conferas velim βραδινός, βράκετρον, λάβρος, ζαβρός et quae Lobeck. Prolegg. p. 491. attulit. — Verbi βλεμεαίνω significationem non aliam esse atque eam, quam pro origine a nobis proposita inesse debere nemo non dixerit, vel maxime hoc loco docetur. Batrach. 274. οὐ μικρόν μ' ἔκπληξε Μεριδάρπαξ κατὰ λίμνην || ἐναίρειν βατράχους βλεμεαίνων — praesertim cum apud Homerum semper ibi inveniatur, ubi de impetu faciendo agitur: illo, quod adiungitur, σθένεϊ caussam indicari apparet, qua quis ut hostem audacter aggrediatur movetur. — Quam arcte cum hoc verbo illud ἀβλεμής cohaereat et quam recte Hesychius et Orion eius significationem proposuerint satis, credo, ex iis, quae diximus, elucet. Hesych. enim haec habet: ἄτολμος, ἀτερπής, παρειμένος, ubi, si grammatici sententiam recte velis intelligere, vocem ἀτερπής activo modo interpreteris et κακός ad segnitiem referri existimes necesse est. Orion. Lex. p. 14. ἀβλεμέως· ἀφροντίστως. Quare dubitari non potest, quin Passovius recte sit interpretatus, quum Graeca ἀβλεμέως πίνων Latine converteret incontinenter potans. cf. ἀκρατής, impotens. Iacobs. Blumenlese der röm. Dichter II. p. 503. Cui voci opposita est ea, quam Hesych. affert: ζαβλεμένως· μεγάλως πεποιθώς. Caeterum recte Doederlinus, ut videtur, formam ζαβλεμένως cum ζαβλεμέως mutavit.

10.) ἀβληχρός.

Il. 5. 336. χεῖρα ἀβληχρήν. 8. 178. τείχεα ἀβληχρά. Od. 11. 134. θάνατος ἀβληχρός. His locis vocem ἀβληχρός nemo aliud significare existimabit nisi quod vocabulis Latinis tener, mollis, infirmus indicetur. Schol. Venet. Il. 8. 178. Heraclidem Milesium, quod vocem ἀβληχρός ex alpha negativo et adiectivo βληχρός idem quod ἰσχυρός significante ortam esse putasset, contra traditionem, quam dicunt, primam syllabam accentu acuto insignivisse narravit. Et. M. p. 200. 13. βληχρὸν τὸ ἀσθενὲς παρ' Ὁμήρῳ καὶ Ἀλκαίῳ καὶ ἄλλοις. Πίνδαρος δὲ ἐπὶ τοῦ ἰσχυροῦ αὐτὸ λέγει. cf. Suid. v. ibique Bernhard. Verba Pindari, quae sine dubio grammaticus cum haec diceret spectavit, apud Plutarchum haec reperiuntur: ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον || βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί. Ubi Boeckhius (Pind. fragmm. p. 621.) recte ita interpretatur: Ubi immensas excitant tenebras ignavi caliginosae noctis fluvii. Quam interpretationem veram esse illis locis ostenditur, ubi ὀξύς et βληχρός sibi opponuntur. cf. Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 200. A. Quodsi de vocis origine quaeras quam aliam radicem praeter *ΜΑΛ ΜΛΑ* (cf. *ΘΑΝ ΘΝΑ* θνήσκω) recte statuere possis vix video; ex eadem μαλακός et βλάξ orta sunt. cf. Buttmann Lexil. II. p. 262. Ne vero vox similiter derivata desideretur conferas notissimas illas πενιχρός et μελιχρός. De alpha praefixo Et. Gud. 1. haec habet: ἀβληχρόν· τὸ ἀσθενές· δύναται τὸ α καὶ κατ' ἐπίτασιν τὸ σφόδρα. Valckenarius, Buttmannus, Doederlinus uno ore confirmant alpha esse otiosum. Quamvis nos minime lateat admodum lubricum ac difficile esse iudicium de sonitu vocum iucundiori, qui a graecis εὐφωνία dicatur, tamen cum ἀβληχρός plus quam βληχρός significare nusquam appareat (cf. Lob. de prosth. et aph. II. p. 7.), in eorum vocabulorum numerum referendum esse arbitramur, in quibus inest illud alpha, quod pleonasticum nuncupatur vel euphonicum, quia simplicem vocis naturam pleniore sono circumlinit ceteroqui otiosum (Lobeck. ibid. p. 11.). Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 595. id. 2. a praepositione loquelari α et βληχρός vocabulum, de quo hic agitur, compositum esse statuit. Caeterum de praepositionibus, quas loquelares vocant, Valer. Prob. 1. 1427. Serv. in art. Don. 2. 1798. Festus v. Am. disseruerunt.

11.) ἄβρομος.

Il. 13. 41. Ἕκτορι Πριαμίδῃ ἄμοτον μεμαῶτες ἕποντο || ἄβρομοι, αὐΐαχοι. Schol. Venet. πολύβρομοι. Et. M. 4. 41. Schol. Od. 6. 268. inter ea refert, quibus inest τὸ ὁμοῦ. Recte hanc sententiam Buttmannus secutus est, quamquam non defuerunt, qui et ἄβρομος et αὐΐαχος cum particula privativa composita vellent.

12.) ἄβυσσος.

Eustath. p. 1340. 37. τὸ βυσσὸς πλεονασμῷ ἢ ἐπιτάσει γίνεται ἄβυσσος. Lobeck. de prosth. e aph. II. p. 6. »sed est potius alpha privativum, ut nos quoque, quae profundissima sunt, fundo carere dicimus.«

13.) ἀγάλακτος.

Erotian. p. 17. 4. ἀσήμοις τόποις· κατ' ἀντίφρασιν πολυσήμοις, ὡς καὶ ἀγαλάκτοις πολυγαλάκτοις καὶ ἀξύλῳ ὕλῃ.

14.) ἀγείρατος.

Et. M. p. 8. 28. γέρας ἡ τιμή. ἀγέρατον καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι ἀγείρατον. οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἄτιμον καὶ πολύτιμον.

15.) ἀγέρωχος.

De nomine ἀγέρωχος notum est quanta opinionum dissensione certatum sit. cf. Et. M. p. 7. 47. Buttm. Lexil. T. II. p. 98. qui eam opinionem, ex qua γεράοχος et α intentivum vocis elementa esse dicantur, reliquis tolerabiliorem profitetur. Cui iudicio confidentius subscribere Doederlinus non dubitavit. Sed admodum difficile est de hoc vocabulo certi aliquid vel probabile statuere; »nam ἀγέρωχος simplex sit an copulatum Buttmannus ipse sciri posse desperavit, non timidissimus etymorum fugitivorum indagator.« Lob. Pathol. gr. serm. proll. p. 339.

16.) ἄγονον.

Hesych. ἄγονον· πήγανον ἢ πολύγονον.

17.) ἀγύμναστος.

Hesych. ἀγυμνάστοις· πολυγυμνάστοις.

18.) ἀδάκρυτος.

Soph. Antig. 881. τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς || φίλων στενάζει. Trachin. 106. οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον. Schol. πολυδακρύτων. Sed conf. Erfurdt. Hermann. Apitz. ad hh. ll. Nitzsch. ad Hom. Od. 2. 257. Gierig. ad Ovid. Metam. 1. 303. Bornem. ad Xenoph. Cyrop. IV. 2. 3. Seidler. ad Eurip. Electr. 442. Heller. ad Soph. Oed. C. 1194. Heindorf. ad Platon. Protag. §. 46. p. 527. Bernh. Syntax. p. 428. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 188. 278. ed. 2.

19.) ἄδηλος.

Artemidor. Oneir. II. 37. ἄδηλος δὲ ὁ λόγος τοῖς μεμυημένοις τῇ θεῷ. Reiff. II. p. 377. ἄδηλος idem quod εὔδηλος esse censet. Cf. ea, quae de voc. ἄβιος diximus neque esse intelliges, quod cum Doederlino πλήν vel εἰ μή excidisse putes.

20.) Ἀδράστεια.

Phurnut. Nat. D. 13. Ἀ. ἤτοι παρὰ τὸ ἄφυκτος καὶ ἀναπόδραστος εἶναι ὠνομασμένη.. ἢ τοῦ στερητικοῦ μορίου νῦν τὸ πολὺ ἐπιδηλοῦντος, ὡς ἄξυλος ὕλη· πολυδράστεια γάρ ἐστι. Schol. Plat. p. 161. Ruhnk. Hesych. Suid. ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν. Arist. de mund. 7. De hoc nomine plurima collegit Blomf. ad Aesch. Prom. 972. Originem etiam Et. M. p. 663. 8. perspexit; ait enim: τὴν δὲ αὐτὴν (πρόνοιαν) εἱμαρμένην ἔλεγον καὶ ἀδράστειαν διὰ τὶ μὴ ἀποδιδράσκειν ἅπαντα τὰ προυρισθέντα.

21.) ἄεδνος.

Hesych. ἄεδνον· ἄφερνον ἢ πολύφερνον.

22.) ἀείδω.

Schol. Lips. Il. 1. 1. ἀείδω ἀπὸ τοῦ εἴδω τοῦ σημαίνοντος τὸ ἐπίσταμαι καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀείδω, τὸ λίαν γιγνώσκω.

23.) ἀελλής.

Et. M. p. 19. 54. παρὰ τὸ ἕλλω ἑλλής· καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ ἀελλής. Eustath. p. 641. 63. alpha copulativum in hac voce conspici putat. Recte Lobeckius (de prosth. et aph. II. p. 10.) videtur, inquit, a forma verbi adaucta ἀέλλω sive ἀείλω propagatum esse.

24.) ἀζαλές.

Hesych. ἀζαλές· πολύπνουν καὶ ὀλιγόπνουν.

25) ἀζάλιος.

Bekk. Anecd. I. p. 348. ἀζάλιον· ξηρὸν ἢ ἄγαν ζέον.

26.) ἄζειρος.

Hesych. ἀζείρου· ἀζώστου ἢ πολυζώστου.

27.) Ἀζησία.

Bekk. Anecd. I. p. 348. Ἀζησία· οὕτως ἡ Δημήτηρ παρὰ Σοφοκλεῖ καλεῖται· οἱ δὲ τὴν εὐτραφῆ. Quum Sophoclis locus ad nostram memoriam servatus non sit, minime fieri potest, ut de hac voce certi aliquid tradamus. Quamquam negari non potest nomina propria, quae vocantur, si de verborum originibus quaeras, haudquaquam esse spernenda; id quod egregiae Godofredi Hermanni et G. F. Schoemanni de rebus mythologicis scriptiones non minus ostendunt, quam quos libros nuper C. Schwenckius, H. Müllerus, W. Wackernagelius ediderunt. Si coniecturis locus detur Ceres a Sophocle vel propter tristitiam, qua filia amissa excruciabatur (Ov. Met. 5. 510.) Ἀζησία a ζάω et α negativo dicta est, vel propter fruges, quae cum aridae (ἄζη) sint Bacchi fluidis donis opponuntur. Praeterea constat Cererem et Proserpinam apud veteres nonnumquam commutatas esse. Suid. Ἀζησία· ἡ Κόρη.

28.) ἀζηχής.

Et. M. p 22. 46. ἀζηχές· παρὰ τὸ ἄδην, ὃ σημαίνει τὸ ἀδιαλείπτως, ἀδηχές· καὶ τροπῇ τοῦ σ εἰς ζ Δωρικῶς ἀζηχές· ἄδην δέ ἐστι τὸ ἀδιάλειπτον, ἢ μεγαλόηχον· οἷον, Ἀζηχὲς μεμακυῖα· δημαίνει δὲ καὶ τὸ σκληρὸν ἀπὸ τῆς ἄζης, ὃ σημαίνει τὴν ξηρασίαν· οὕτως Ὠρίων. Docemur igitur, ut ab iis, quae extremo loco proposita sunt, ordiamur, ἀζηχές ex Orionis sententia omnem vim, quae in posteriore vocis parte naturalis fuerit, exuisse: relictum enim nihil, nisi generalem illam notionem, qua valide significet. Similiter Et. M. p. 31. 55. αἰζόκροτον, ξηρασίαν strepitus notionem interiisse tradit. Cuius rei quum multa eaque satis aperta exempla proferre possimus haec nobis protulisse satis est. Ita enim Homerus ait κυνέη ταυρείη, ἵπποι βουκολέοντο, ἱερεύω (macto); quibuscum conferas velim »assiduo cursu« (Cic. ad Att. 13. 12.); κεκερασμένον ἄκρατον (Apocal. 14. 10.); expediuntque manus (Virg. Aen. XII. 257.); — a fronte potentes || coelicolae clarique suos posuere penates (Ov. Met. 1. 173.); וְהַנַּעַר נָעַר (1 Sam. 1. 24: 14. 20.); Ermanne dich, mein Fräulein (H. v. Kleist); Du bist der schwarze Weiße (Biernatzki der braune Knabe I. 175. Alt. 1844.); Nitzsch. ad Od. IX. 391. III. 424. Wüstem. ad Theocr. 15. 114. Lobeck. ad Aiac. p. 128. ed. II. ad Phrynich. p. 754. Lange vind. tragoed. Rom. p. 49. sqq. Haec propter eos, qui harum quoque rerum scientiam quaerunt, non praetermittenda existimavimus. Iam quaeramus quae vocis origo et quae vera ac propria eius fuerit significatio. Vocabula igitur primitiva, quibus inter se iunctis haec vox exstitisse existimanda est, ἄζη et ἠχή esse arbitramur, ita ut sonus, quem res aridae edere solent, ac proinde acutus clarusque indicetur. Quod quin ita sit non dubitabis, ubi haec contuleris: Il. 12. 160. — κόρυθες δ' ἀμφ' αὖον ἀΰτευν || βαλλόμεναι μυλάκεσσι καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι. 13. 441. δὴ τότε γ' αὖον ἄϋσεν ἐρεισάμενος περὶ δουρί. Adde: καπυρὸν γελᾶν, καπυρὸν συρίζειν, καρφαλέον ἀσπὶς ἄϋσεν (Il. 13. 409.), κραμβαλέος γέλως. Neque Doederlinus haec dicere debebat: »Apollonius Rh. II. 99. quales κορύνας ἀζηχέας intelligi voluerit quaerere huc non attinet« Nam si illius loci naturam et scholiastam in consilium vocaveris procul dubio doceberis, quomodo ea, quae Il. 4. 435. inveniuntur, explicanda sint. Ait enim poeta: ὄϊες ἀζηχὲς μεμακυῖαι. 15. 658. ἀζηχὲς γὰρ ὁμόκλεον ἀλλήλοισιν. 17. 741. ἀζηχὴς ὀρυμαγδός; apud Apollonium autem haec habes: ἀλλ' ἄμυδις κορύνας ἀζηχέας ἠδὲ σιγύνους || ἰθὺς ἀνασχόμενοι Πολυδεύκεος ἀντιάασκον, ubi scholiasta ἀζηχέας δὲ inquit τὰς ξηράς, τὰς ἠχούσας ξηρὸν ἦχον. Unde usus qui dicitur methaphoricus ut si quid aliud facillime intelligitur. Il. 15. 26. ἀζηχὴς ὀδύνη. Atque quum Doederlinus affirmaverit Odysseae auctorem ut multis in vocabulis aliis sic hic quoque longius a primitiva significatione recessisse, Od. 18. 3. notio principalis satis aperte conspicitur. Quid enim his verbis — μετὰ δ' ἔπρεπε γαστέρι μάργῃ || ἀζηχὲς φαγέμεν καὶ πιέμεν aliud significatur, quam illum ita avide cibos comedisse, ut vel manducans labrorum strepitum ederet? Unde illud, quod Doederlinus indicatum esse vidit, immodice facile efficitur. At imprudenter fecit, quum vocem, de qua nunc agitur, e forma ἀδιεχής, in qua alpha esset intentivum, ortam esse affirmaret; idem enim esse atque pertinax et perpetuus. cf. Lob. Proll. p. 336. Neque probari potest quod addit ἀζεχής ab hac voce plane disiungendum et ab alio quasi fonte derivandum videri. Quodsi similia conferri velis praeter alia quae multa eiusdem generis inveniuntur rem qualis sit haec illustrare possunt: ξερός, ἀργέτι δημῷ (Od. 5. 402.), ἔπρεσεν. cf. Nitzsch. ad Od. 6. 4: 11. 581. Addo Hesychii glossas, quae, quum extrema excepta de origine vocabuli nihil tradant, lexici conditorem notionem coniectura modo assecutum esse ostendunt. Ait enim: ἀζεχές· ἀδιάλειπτον. — ἀζεχής· οἱ μὲν σκληρὸς καὶ χαλεπός. — ἀζαχές· οἱ μὲν σκληρὰ καὶ χαλεπὰ παρὰ τὸ ἀζάλεον· οἱ δὲ ἀδιάλειπτον.

29.) ἀήσυλος· αἴσυλος.

Saepe apud Homerum haec reperiuntur: αἴσυλα ῥέζειν, μυθήσασθαι, εἰδέναι. Il. 5. 876. ἀήσυλα ἔργα commemorantur. Haec duo vocabula, quae sunt eiusdem et originis et significationis, si quis ita segregare velit, ut plane diversa esse videantur, is ne aeque imprudenter faciat admodum veremur atque Ballhorn-Rosenius fecerit, quum (de dominio p. 248.) Latinas voces autor et auctor omnino disiungendas esse censeret. Sed doceamus, quae veteres grammatici tradiderint. Et. M. p. 39. 32. Αἴσυλος· παρὰ τὸ συλῶ ἄσυλος πλεονασμῷ τοῦ ἐπιτατικοῦ α, ὡς τὸ ἀχανὲς πέλαγος τὸ λίαν κεχηνός· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι αἴσυλος·

ἀντὶ δὲ τοῦ ι ἔστιν ὅτε καὶ τὸ η πλεονάζει οἷον ἀήσυλος. cf. Herodian. ap. Cram. Anecd. I. 73. Alia, ne legentibus fastidium moveam, praeterire satius duco. Ego vero cum mecum reputaverim, quae sit ratio inter *πρῆστις* et *πρίστις*, *ἡμέρα* et *ἱμέρα* (Plat. Crat. p. 418. C. D. Et. M. p. 429. 33.), *σκήπων* et *σκίπων*, *ἥκω* et *ἵκω* (Boeckh. V. L. Pind. Ol. 4. 11. Pyth. 6. 43.), *ἠδέ* et *ἰδέ* (cf. de simili re Mehlhorn. de apposit. in Graeca ling. p. 5.), comparatis iis, quae Suidas attulit: *ἀήσυλον· τὸ ἄδικον, ἁμαρτωλόν*, facere non possum, quin in voce *ἴσος* originem quaeri oportere existimem. De cuius vocis notione non est, quod multis disseramus; satis est haec attulisse exempla: *δαὶς ἐΐση, φρένες ἐῖσαι, ἴσος ἀνήρ.* cf. par, aequus: Doed. lectt. Homm. II. init. Unde *ἄϊσος* significatione non discedit a Latinorum iniquus. Substantivum *αἶσα* quin ab alpha copulativo et *ἴσος* compositum sit is vix dubitare potest, qui quid de *ὁμοΐϊον γῆρας, ὁμοΐϊος πότμος* (cf. Et. M. 38. 54. Nitzsch. ad Od. 3. 236.) iudicandum sit probe intellexit. Quodsi voces *καμπύλος, ἀγκύλος, στρογγύλος*, alias comparaveris, *αἴσυλος*, quod accentu modo differt (Lob. proll. p. 121.), eidem generi adnumerare non dubitabis. Hesychius negatione producta hanc vocabuli formam affert: *αἰήσυλον· ἄνεμον κακοποιόν.* Ea, quam protulimus, explicatio apud Etymologum extrema voce indicari videtur: ait enim p. 23. 22. *ἀήσυλον· ἀλαμπὲς, κακὸν, ἀνόμοιον.*

30.) *ἀθέσφατος.*

Cf. Buttm. Lexil. I. p. 167.

31). *ἄθικτος.*

Hesych. *ἄθικτον· ἀψηλάφητον, μιαρὸν, ἀκάθαρτον.* Recte Alb.: »scilicet quod impurum est ne tangere quidem lubeat.«

32.) *ἀθρόος.*

Et. M. p. 25. 26. *Ἀθρόος· — θροῦς λέγεται τὸ αἰφνίδιον. καὶ κλίνεται θροός· καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀθρόοι, ἄνευ θρόου καὶ ἤχου, ἀψόφητοι.* p. 26. 3. — *καὶ κατὰ συναίρεσιν μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀθροίζω.* cf. quae de voc. *ἄβρομος* diximus.

33.) *αἰζηός.*

Etymologici Magni alteram annotationem (p. 22. 37.), quum absurdior esse videatur, quam quae digna sit ut commemoretur, praetereundam esse duco: altera, quae est p. 31. 56. originem vocis bene indicavit. *Αἰζηός· νεηνίας. παρὰ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ ζέω, ὁ ἀεὶ ζέων καὶ ἀκμάζων κατὰ τὴν ἡλικίαν, γίνεται αἰζεός· καὶ κατ᾽ ἐπαύξησιν τοῦ ε εἰς ἦτα αἰζηός.* Quae inter *ζέω* et *ζάω* sit cognatio vel nobis non dicentibus apparet; quid inter *ζάω* et *βιόω* discriminis intercedat exponit Nitzsch. ad Od. 10. 532. cf. Wyttenb. ad Plut. Morall. VII. p. 107. Ammon. p. 30. ibique Valck. p. 83. 33. *Ἀεί* in *αἰ* contractum esse non miraberis, si eam rationem consideraveris, qua *αἰών* ex *ἀειών* (Aristot. de Coel. 1. 11.), *αἰδώς* ex *ἀειδώς* (cf. *κατήφεια* Et. M. p. 496. 53. et *κατωπιάω*), *αἰκής* ex *ἀεικής*, *αἴρω* ex *ἀείρω* contracta esse neminem latet. Caeterum non iniuria nos huc referre existimamus Hesychii glossam *αἰζᾶεν· εὐτραφὲς βλάστημα.* Cic. Tusc. 1. 24. tam natura putarem hominis vitam sustentari, quam vitis aut arboris; haec enim etiam dicimus vivere. Cudw. system. intellect. p. 171. sq. ed. Mosh. Creuzer. ad Plotin. T. III. p. 383. Plut. de placitt. phill. V. 26. 10. Pariter huc referendum est vocabulum apud Hesychium et servatum et explicatum: *αἰζηνεκές· διηνεκές· αἰώνιον*, quod iis, quae de *αἰζηός* diximus — ab hoc enim compositum est — et vocabulis similiter factis *διηνεκής, ἠνεκής* (cf. Lob. Proll. p. 145.), *δουρηνεκής* satis illustratur. Lobeckium *αἰζηνεκές*, vel si originem prioris partis spectes, plane cum *διηνεκές* congruere existimantem (Proll. p. 170.) qui sequi possim non video.

34.) *ἀκηδής.*

Hanc vocem quum Buttmannus inter ea alpha intentivi exempla recensuisset, quae minime obnoxia essent dubitationi, Doederlinus (de alph. int. p. 8.) eum usum posterioris graecitatis finibus circumscribi et ne Apollonii Rhodii quidem locum 3. 297. satis certo documento esse censuit. Ait enim ibi poeta haec: — *ἁπαλὰς δὲ μετετρωπᾶτο παρειὰς || ἐς χλόον, ἄλλοτ᾽ ἔρευθος, ἀκηδείῃσι νόοιο.* Ubi vir doctus voces novissimas *ἀκηδείῃσι νόοιο* et quae proxime praecedunt *ἄλλοτ᾽ ἔρευθος* arctissime coniungendas arbitratus his verbis sententiam recte extulisse sibi visus est: rubens alias quum securo animo est. Sed bene iam Et. M. p. 47. 55. qua recte interpretaturo via incedendum esset vidit, quum ita diceret: *Ἀκηδία· ἡ ἀηδῶς διακεῖσθαι καταναγκάζουσα, ἡ μηδὲν ἡμᾶς φροντίζειν ποιοῦσα.* Ne autem illud negligas cave priorem glossae partem ex eo errore ortam esse, quo grammatici vocem *ἀκηδία* interposita littera *κ* ex *α* negativo et adiectivo *ἡδύς* originem duxisse opinati sint. cf. p. 47. 35. sqq. Similiter atque ita ut viri docti iudicio facile subscribas Lobeckius (de prosth. et aph. II. p. 9.) „Medea, inquit, amore recens concepto aestuans nunc exalbescit, nunc erubescit *ἀκηδείῃσι νόοιο.* Verum tamen hoc tempore illa anxia non est, sed omnium rerum praeter amorem incuriosa, sic ut *ἀκηδής* dici potuerit quemadmodum amor ipse *ἀφρόντιστος*, expers rationis et inconsultus, nominatur a Theocrito (10. 20.), quod schol. falso interpretatur *ὁ ἄγαν φροντίζων* (v. ad Aiac. 355.); neque ob aliam causam *ἀκηδία* exponitur *λύπη*, quia homines prae moerore *ἀκηδιῶσι* hoc est omnium rerum curam et cogitationem abiiciunt.“ Quam egregia sit haec interpretatio nulla re magis evincitur quam poetae versibus ab illis, quos supra attulimus, minimo intervallo disiunctis; sunt enim hi (288 — 290.): — *καί οἱ ἄηντο || στηθέων ἐκ πυκναὶ καμάτῳ φρένες, οὐδέ τιν᾽ ἄλλην || μνῆστιν ἔχεν.* Cyrill. *Ἀκηδία Μακεδονικὸν φασὶ τὸ ὄνομα· σημαίνει δὲ τὴν ῥαθυμίαν. Ἀκηδία ἐστὶν ἀπροσεξία τῆς ψυχῆς, ἥτις φιλεῖ γίνεσθαι τοῖς νήψεως ἀμελοῦσι διὰ τὸ εἰς φροντίδα τῶν ὑλικῶν καταγίνεσθαι. Ἀκηδία ἐστὶν ἀπονία ψυχῆς.* cf. interpp. ad Moerid. Att. p. 61. — Sed quae de ea vocis *ἀκηδία* significatione, qua idem est atque *λύπη*, Lobeckius addidit, ea ideo probare non possumus, quod, nisi omnis orationis ambitus efficiat, ut tristitiam indicari appareat, vix quemquam tristitiam securitate sive eo animi statu, quo quis nullius rei curam gerit, significaturum esse existimamus. Constat autem adiectivo *ἀκηδής* hominem designari ab omnibus neglectum et cuius nemo curam gerendam esse credat. Od. 6. 26. *εἵματα μέν τοι κεῖται ἀκηδέα σιγαλόεντα.* Unde quum *ἀκηδία* status sit hominis, cui a nemine prospiciatur, nequaquam mirandum est *λύπη* pro synonymo haberi et verba *ἀκηδιάω* et *ἀκηδιάζω* nihil aliud esse quam malis urgeri. Atque haec vera esse omnibus, quos Doederlinus conferri iussit, Luciani et Veteris Testamenti locis satis superque ostenditur. Restat ut de duabus Hesychii glossis a Doederlino commemoratis quid iudicemus quam paucissimis fieri potest exponamus. *Ἀσηκορία· ἀκηδία. — Ἀσήκορος· ἀκηδιαστής.* Suid. *ἀσηκόρος· ὁ ἀκηδιαστής.* Inter omnes constat in mediis vocibus, quo minus durus et asper sonus exsistat, haud raro aliquot litteras ita excidere, ut vel originem obscuratam cognoscere difficile sit. Nam ut primae litterae multorum vocabulorum abiicerentur dicendi celeritate factum esse vel pueris notum est (cf. Lob. ad Aiac. p. 367. ed. II.). Sic quum *αἰπόλος* et *μῶνυξ* orta essent (cf. Etym. M. p. 593. 9), non erat, quod I. H. Vossius in Hymn. Cer. 419. *Ἰάνθην* interpretaretur die Blumenerfreuerinn, quasi ex *Ἰανάνθη* (ab *ἰαίνω*) decurtato nomine; est enim, ut Schoemann. de Oceanidd. et Nereidd. catalogis Hesiodeis 1843. p. 5. ait, Violiflora, cuius ripas violae exornant, nomine ab *ἴον* et *ἄνθος* ducto, quemadmodum etiam *ἴανθον* de flore

dictum Hesychius testatur et *ἰάνθινον χρῶμα* est color violaceus. Addo, quibus res magis illustretur, nonnulla vocabula, in quibus litteras radici proprias desiderari vel me non docente facile intelliges; sunt autem haec: *ὤν* (radix enim littera *E* continetur), *λελιημένος* (cf. Buttmann. Lexil. I. p. 75.), *ἔκπαγλος*, *πύελος*, *γίνομαι*, *τραγῳδιδάσκαλος*, *μεταμώνιος*, arguere, crebesco, praestigiae (Doed. Syn. II. p. 164.), contaminatus, praebeo, debeo, dudum, durare, ambulare (Doed. Syn. III. p. 46.), ambens. Haec praemittenda erant, ut quid censerem recte intelligi posset. Ait enim poeta Od. 17. 224. *τόν κ' εἴ μοι δοίης σταθμῶν ῥυτῆρα λιπέσθαι || σηκοκόρον τ' ἔμεναι, θαλλόν τ' ἐρίφοισι φορῆναι.* Quodsi hanc vocem *σηκοκόρος* cum alpha negativo ita compositam esse ut syllaba *κο* exciderit existimes ne a vero aberrare videaris vix verendum esse puto. Notionem autem ita mutatam esse, ut in *ἀσήκορος* nullum vocis *σηκός* vestigium apparere videatur, minime miraberis, ubi quae, quum de voce *ἀζηχής* exponeremus, simillima attulimus in memoriam tibi revocaveris.

36.) *ἄκιδνος.*

Od. 18. 130. *οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.* Hesych. *κιδνοτέρους ἢ ἀκιδνοτέρους· ἀσθενεστέρους.* Suid. *ἀκιδνόν· τὸ ἀσθενές.* Et. M. p. 48. 14. *ἀκιδνός· ἀσθενής.* Notationes vocis ab Etymologo propositas num quis, qui rem non umbram persequatur, probaturus sit admodum dubitamus; derivatur enim vel ab *αἰκίζω* vel a *κινέω*. Neque Doederlinus, quum Schol. Ambr. Od. 8. 169 secutus originem in verbo *κίνυμαι* quaerendam esse affirmaret, efficere potuit, ut nobis persuaderet; ait namque significationem ita immutatam esse, ut in mobilitatis et inconstantiae locum imbecillitatis notio omni Homeri orationis ambitu postulata succederet. Neque vero de imbecillitate sermo est. Nam recte ita interpretari nobis videmur: nihil securius, quam homo est, alit tellus; quum enim ne futurum sit, ut res adversa accidat, nihil verendum esse putet (v. 132.), tamen, si quod non speravit accidit, tanta patientia et animi aequitate calamitatem fert, ut poeta addere possit quae sequuntur vv. 136. 137. *τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, || οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.* — Sed ne de voce ab Hesychio addita *κιδνός* omnino taceamus, facere non possumus, quin particula *ἤ* inducti suspicemur grammaticum in errore non minore versari, quam quo eos, qui apud Homerum *ἀμορόεντα* et *ἀσπιδής* scribere non dubitaverint, captos fuisse arbitramur. Dubium enim Hesychium haesisse existimamus, num illud *α*, quod est in *ἀκιδνότερον*, Od. 18. 130. cum *οὐδέν* an cum *κιδνότερον* coniungeret. At vero si quis Hesychii auctoritatem non omnino spernendam esse dicat, vel sic rationem, qua vox *κιδνός* explicetur, videre nobis videmur; est enim *κιδνός* homo curae ac timoris plenus; unde imbecillitatis notio facillime deducitur. Atque haec quidem hactenus. Iam praetermittendum non est aliis locis *ἄκιδνος* non pariter explicandum esse. Sic enim cum Passovio scribere placet, quem *ἀϊδνός* reliquisse dolemus. Namque Od. 8. 169. *ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ.* 5. 217. — *σεῖο περίφρων Πηνελόπεια || εἶδος ἀκιδνοτέρη* — notio adiectivi passiva est: is cui a nemine prospicitur, neglectus. Quo duplex multorum vocabulorum significatio magis perspicua fiat haec conferas velim: *αἰδοῖος*, *ἄκλαυτος*, innocuus (Virg. Aen. X. 302.), ignarus (Ov. Met. 7. 44.), penetrabile fulmen (Ov. Met. 13. 857.), harmlos (Maass. Syn. III. 18.), „und wünscht die Gnade zu erhalten Briefe || — übergeben || zu dürfen" (Schill. Karl. 1. 3: 5. 2.), »*μὴ οἴου — δηλώσειν — ἀλλὰ πάλιν τῆς αὐτῆς δεήσεσθαι ἐρωτήσεως* (Plat. Menex. 12.), Gell. N. N. A. A. 9. 12. Monk. ad Eurip. Alc. 178. Nitzsch. ad Od. 4. 494. Both. ad Od. 11. 649. Manut. ad Cic. Fam. 5. 12. Cort. ad Lucan. 5. 500: 7. 850. Oud. ad Sueton. Galb. 3. Kritz. ad Sall. Cat. 10. 4. Boettich. Lex. Tac. p.

223. sqq. — Sic a verbo *λάω* derivantur *λάρος* (larus marinus Linn.) et *λᾱρός* (dulcis, exoptatus): cf. Wyttenb. ad Plut. p. 509. Oxf.: ubi ne negligas syllabae prioris quantitatem ita differre, ut illic *α* corripiatur, hic producatur. Saepenumero enim ita diversae vocis unius significationes, quo legentium vel audientium serviatur usui, distinguuntur, ut vel quantitas vel accentus mutetur. Cuius rei haec exempla habes: *Τισαμενός* et *τισάμενος* (cf. Stallb. ad Plat. Phaedr. p. 268. A.), *χρεάν* et *χρᾶον*, *ἐκποδών* et *ἐκ ποδῶν*, *κακόλογος* et *κακολόγος*, *οὔκουν* et *οὐκοῦν* (cf. Kühn. exc. III. ad Xenoph. Mem.), *ἰδοῦ* et *ἰδού*. cf. Nitzsch. ad Od. 11. 565. Schaef. ad Dionys. Hal. de comp. verbb. p. 265. Graefenhan. gramm. ep. dial. I. p. 12. Lehrs. de stud. Arist. Hom. p. 159. 160. 275. Lobeck. Proll. pathol. p. 64. 65. ad Soph. Aiac. p. 282. ed. II. At ne credas hoc ubique fieri; id quod vocabulum *κεδνός* ei, de quo agitur, cognatione proximum ostendit. Od. 1. 428. *τῷ δ' ἄρ' ἅμ' αἰθομένας δαΐδας φέρει κέδν' εἰδυῖα || Εὐρύκλεια.* — Il. 9. 586. *οἵ οἱ κεδνότατοι καὶ φίλτατοι ἦσαν ἁπάντων.*

37.) *ἀκραγγής.*

Et. M. *ἀκραγγὲς παιδίον· τὸ ἀεὶ κλαῖον.* Lobeck. de prosth. et aphaer. II. p. 10. haec habet: »vel idem declarat quod *κραυγαστικόν* assumto *α* formativo, vel *δυσβάϋκτον* clamosum; *κύνες ἀκραγεῖς* Aeschylus gryphas dixisse videtur **mutos**, ut distingueret a canibus latrantibus.«

38.) *ἀκρότητος.*

Hesych. *ἀκρότητα· πολυκρότητα αὐτοῖς γενόμενα, ὥστε μηδὲ συγκροτεῖσθαι μηδὲ συμπεσεῖν ἀκρότης.* Cratin. ap. Athen. IV. p. 164. E. *μέλη πάραυλα κἀκρότητα κύμβαλα.* Lobeck. de prosth. et aph. II. p. 8.: »*δυσκρότητα* ut *ἀκοίμητος ὕπνος* Nonn. XVII. et talia plurima.« De his disseremus pluribus, ubi de voce *ἄστονος* dicemus.

39.) *ἀκύμων.*

Hesych. *ἀκύμονος· πολυκαμάτου ἢ πολυκύμονος.* Bene Doederlin. p. 9.: »Habuit ante oculos grammaticus talem locum, in quo dubitabatur num metaphorice diceretur, ut *ἀκύμων βίος* ap. Plut. T. II. p. 465. i. e. *ἄνευ καμάτων*, an proprie intelligendum esset *κῦμα*. Monk. ad Eurip. Hipp. 235. *ψαμάθοις ἐπ' ἀκυμάντοις* explicat fluctibus multum percussus coll. vss. 228. et 1124. Intelligo sabulosam litoris partem, quae quamquam propinqua mari tamen fluctibus vacat, ideoque curribus patet.«

40.) *ἀλαλητός.*

Orion. Theb. p. 610. *ἀλαλητός· κατὰ στέρησιν τοῦ λαλεῖν· ἢ κατ' ἐπίτασιν τοῦ λαλεῖν· οἷον πολύλαλος, θορυβώδης φωνή.* Onomatopoeticum est.

41.) *ἀλαπάζω.*

Schol. Il. 5. 166. *ἀλαπάζοντα· κενοῦντα· — ἡ γὰρ λάπαθος κενωτική ἐστι τῶν κατὰ γαστέρα παθῶν καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀλαπάζοντα.* Alpha euphonicum est, de quo vocem *ἀβληχρός* explicantes paucis exposuimus. Cuius vocabulis vel a duabus consonantibus vel ab una incipientibus praefixi exempla haec sunt: *Ἀστεροπή.* Vix quisquam scholiastae Il. 11. 184. assentietur ita dicenti: *ἔχε δὲ στεροπὴν μετὰ χερσίν. Ἀρίσταρχος μετὰ τοῦ α ἀστεροπήν. — ἀστεροπὴν λέγει οὐ τὴν ἀποτελουμένην ἀστραπὴν, ἀλλὰ τὸ ὄργανον.* Mützell. de theog. 223. ampliorem vocem illo loco positam censet non distinctionis causa, sed ut maiores nervos haberet versus clausula. *Ἀσκαλαβώτης· ἀσκαλίζω· ἀσκαμωνία· ἀσκαίρω· ἀσπάζομαι* (Orion. p. 26. Cor. ad Heliod. p. 175.)· *ἀσπαίρω· ἄσφι· ἄσφε· ἀσπάλαξ· ἀσταλύζω· ἀσταφίς* (Eust. Il. p. 194. 3: 799. 37.)· *ἄστυ* (cf. Stadt, עָמֹר,)· *ἀστράγαλος· ἀστράπτω* (Piers. Soph. Oed. Col. 1515.)· *ἀσφοδελός* (Eust. Od. 1698. 11. Hesych. v. *σφ.* Lob.

parall. p. 340. sqq.)· ἀμαυρός· ἠβαιός (cf. Et. M. 417. 16. Fuhr. Iahn. Ann. 1837. XX. 4. p. 388.)· ἀμείρομαι (cf. Lob. de prosth. et aph. II. p. 12.)· ἀμύνομαι (cf. Lob. ibid. p. 6.)· ἀραβάσσω· ἀράζω, ἀῤῥάζω (Iac. ad Aelian. p. 200.)· ἀράσσω· — Ὄβριμος (Ilg. ad Hymn. in Min. 10. Doed. etym. vocabb. Homm. 1835. p. 10. Herm. de em. rat. p. 20.)· ὄσκαλσις· ὀσκάπτω· ὀκρυόεις· ὀξύς (Et. M. 626. 29.)· ὀστέον (Et. M. 636. 8.)· ὀτρυγηφάγος· ὀβελός· ὀβολός· ὀδύρομαι· ὀκέλλω· ὀκιμβάζω· ὄνυξ (Et. M. 624. 41.). — Inter haec etiam illud, quod est Il. 14. 184., ἀμορόεντα referre non dubitarem, nisi μορόεντα scribendum esse videretur; cf. ibi interpp. In vocibus enim μόρον (morum nigrum) et μορύσσω cum nigredinis notio insit et littera μ (cf. μή) vis negativa in μέλας et μέλεος conspiciatur, μορόεις aeque ac μῶρος sive μωρός et μορία sive μωρία a radice verbi ὁράω ita derivatum esse censemus, ut id significet, quod propter fulgorem oculorum aciem praestringentem intueri non licet. Recte comparantur ἦνοψ, στεροπή, ἀΐδηλος. Unde quomodo Quinti Calabri versus ὣς ἡ μὲν μορόεντα περὶ χροῒ θήκατο τεύχη explicandus sit facile reperies. Atque, ne quae cum his cohaerere videntur praetermittamus, ab hac radice et ea quae est in verbis φαίνω et φημί ΦΑ sive ΦΑΝ (cf. ὀμφή, ἄφνω, αἴφνης) descendit substantivum μορφή, cuius notio illustratur Hebraeorum vocabulo צֶלֶם et Graecorum verbo σκιαγραφέω. Suid. v. ἀπεσκοτωμένα. cf. ibi Bernh. Mich. Apostol. Prov. III. 82. Ἔστι δὲ εἴδωλον σκιῶδες ὁμοίωμα ἢ φαντασία σώματος ἀεροειδής τε σκιά. Ὡς δὲ Βακχυλίδης· μελαμβαφὲς εἴδωλον ἀνδρὸς Ἰθακησίου. v. Neue p. 58. Schol. Il. 24. 316. non omnino adiectivi μορφνός a μορφή deflexi notationem ignorasse videtur. Doederl. Syn. II. p. 81. 2. in μαρμαίρω originem quaerendam putat. Et. M. p. 591. 10. originationem quemquam probaturum esse dubito.

42.) ἄλεισον.

Schol. Ambros. E. ad Od. 3. 50. λέγεται τὸ ποτήριον τὸ ἐξεσμένον καὶ λεῖον κατ' ἐπίτασιν τοῦ α· τὸ δὲ κατὰ προσθήκην. cf. Poll. Onom. VI. 97. Et. M. p. 61. 17. Eustath. 1357. 40: 1775. 10. —

43) ἀμαιμάκετος.

Multas huius vocis notationes v. ap. Et. M. p. 76. 10. sqq. De accentu loquitur Herodian. ap. Schol. Il. 11. 495. Doederlinus α intentivum inesse arbitratus a μαιμάσσω ita derivat, ut idem fere sit ac μαίμαξ· ταραχώδης ap. Hesych. Nos quoque hoc vocabulum a verbo μαιμάσσω, non a μαιμάω, quod Reisigius fecit (cf. Goettling. ad Hesiod. theog. p. 319.), profectum esse censemus. De cuius reduplicatione, quae etiam in ποιφύσσω, δαιδάλλω, παιφάσσω, πορφύρω, ποιπνύω conspicitur, cf. Lucas Quaestt. Lexicoll. Lib. 1. Bonn. 1835. p. 166. Lobeck. ad Aiac. p. 244. ed. II. Pott. Allg. Lit. Z. 1838. Nr. 164. p. 68. Nostra tamen explicatio toto coelo differt. Quum enim α esse negativum existimemus, vocem convertimus ita: haud exoptatus, horribilis, atrox. Ita Soph. Oed. T. 127. τᾶνδ' ἀμαιμακέταν κορᾶν de Furiis, quarum desiderio nemo flagret quasque nemo ad se accedere cupiat. Unde ἀμαιμάκετος adiungitur Chimaerae, igni, rupibus magna incitatione coeuntibus. Il. 6. 179. πρῶτον μέν ῥα Χίμαιραν ἀμαιμακέτην ἐκέλευσεν || πεφνέμεν —: 16. 329. — ὅς ῥα Χίμαιραν || θρέψεν ἀμαιμακέτην, πολέσιν κακὸν ἀνθρώποισιν. Hesiod. theog. 319. ἡ δὲ Χίμαιραν ἔτικτε, πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ. Soph. Oed. T. 177. κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς ὄρμενον || ἀκτὰν — Pind. Pyth. 4. 208. ed. Diss. συνδρόμων κινηθμὸς ἀμαιμάκετος πετρᾶν. Notiones horrendi et magni proxime cognatas esse vel nostrum ungeheuer docet. cf. Lob. ad Soph. Aiac. p. 175. ed. II. »μέγας μόρος Choeph. 478. μέγας δαίμων καὶ βαρύμηνις Agam. 1492. prope accedunt ad significationem τοῦ δεινοῦ.« Adde μέγα ἔργον Od. 11.

271. Quare ἀμαιμάκετος rem maximam designare mirum non est. Od. 14. 311. ἱστὸς ἀμαιμάκετος νηὸς κυανοπρῴροιο. Pind. Pyth. 3. 32. Diss. — πέμψεν κασιγνήταν μένει || θύοισαν ἀμαιμακέτῳ || ἐς Λακέρειαν — Isthm. 8. 35. Pyth. 1. 14. Hesiod. Scut. Herc. 207. ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος ἀμαιμακέτοιο θαλάσσης || κυκλοτερὴς ἐτέτυκτο. — Vides igitur notionem vocis ἀμαιμάκετος plane oppositam esse ei, quae insit in ἐρατὰ δῶρ' Ἀφροδίτης Il. 3. 64. Bene conferes ἀσπούδαστος et ἀνεθέλητος (ἀνεθ. συμφορά) et ἄβωτος· ἀηδής Et. M. p. 4. 55. cf. Heind. ad Plat. Prot. p. 549. Horat. Sat. p. 107. Figura est litotes, quam grammatici dicunt; ea negando contrarium plus significamus, quam dicimus. cf. Herz. ad Sall. Cat. 14. p. 74. Doederlin. ad Soph. Oed. Col. 1509. — Quamquam igitur a Doederlini iudicio omnino discedimus, tamen id nobis persuasit ἄμοτος, quod epitheton leonis est ap. Theocrit. 25. 242. θὴρ ἄμοτος, nihil aliud quam ἀμαιμάκετος significare. Unde facile perspicies hoc quoque vocabulum a nobis »non exoptatus, horribilis, atrox« converti. Quod ut magis perspicuum fiat iam de ἄμοτος dicendum est.

44.) ἄμοτος.

Et. M. p. 85. ἄμοτον· παρὰ τὸ μένω γίγνεται μοτὸς καὶ ἄμοτος. καὶ ἄμοτον ἀνυπομόνητον. ἵνα ᾖ τὸ α ἐπιτατικόν. Doederlinus etiam hic α intentivum esse neque pro radice syllabam *MEN* sed *MA* haberi oportere existimat; quum enim α et ο inter se commutentur effici, ut ἄμοτος eiusdem significationis sit atque ἀμαιμάκετος. Si de usu quaeris, semper neutrum ἄμοτον reperitur coniunctum cum μεμαυῖα, κλαίω, κεχολωμένος, τανύοντο, excepto illo Theocriti loco, de quo iam dictum est. Originem Et. M. bene indicavit, quamquam Doederlinus oblocutus est; nam *MEN* et *MA* non differre nemo ignorat. cf. μέμαα et μέμονα, ἔπεφνεν et φατός, γένος et γέγαα (v. Buttm. Lexil. I. p. 203.), κέν et κά. Adiectivum verbale ματός nisi in αὐτόματος non invenitur. *Α* et ο inter se commutari docetur vocabulis ὄρχαμος, Μοῦσα, μόθος (Et. M. 589. 54.), κότος. De ea voce, quam novissimo loco posuimus, cum origo nemini patuisse videatur, pauca trademus. Descendit enim κότος cum compositis ζάκοτος, ἔγκοτος, παλίγκοτος, ἀλλόκοτος a κάω sive καίω. Animum commotum ardentem ac fervidum dici notissimum est; cf. αἴθωσι θηρσὶ καὶ δεινοῖς Plat. republ. VIII. 559. D. θυμὸς φλογώδης Anonym. Suid. T. I. p. 159. et quos ceteros addit Lob. ad Aiac. p. 439. ed. II. Unde ἀλλόκοτος transpositis litteris ex ἀλλότοκος ortum non est. Significat autem hominem diversae indolis. cf. Ruhnk. ad Tim. p. 34. Stallb. ad Plat. Euthyphr. p. 307. A. Protag. p. 346. A. Soph. Philoct. 1191. ed. Matth. τί ῥέξοντες ἀλλοκότῳ γνώμᾳ; Schol. τί πράξοντες ἐναντίᾳ γνώμῃ παρὰ τὸ πρότερον. Cor. ad Heliod. p. 146. Zenobius: Δίχολοι γνῶμαι κατὰ μετάληψιν· χόλος γὰρ ἡ ὀργή, ὀργὴ δὲ ὁ τρόπος. Suid. ἀλλόκοτον· ἐναντίον, ξένον, ἀλλοφυές, ἐξ ἄλλου ἀσυνάρτητον, ἀλλότριον. Bekk. Anecd. I. 4. ὁ οὖν ἄλλοτε ἄλλως ἄλλοις κοτῶν Ἀλλόκοτος ἂν καλοῖτο. — Iam vide, quomodo Homeri locos interpretemur. Vertimus enim ita: ἄμοτον μεμαυῖα ita cupida, ut non velit, sed agat; αἱ δ' ἄμοτον τανύοντο muli ita contendebant, ut non solum voluntas, sed etiam impigritas animadverteretur. Inde significationem inflexam esse, ut nihil nisi quod Latini vocibus valde, vehementer, aliis designant, significaretur, is mirari non potest, qui de vocabulo ἀβλεμέως exposita non omnino neglexit. Simillima vox est μάτην, quam frustra temere s. vertere consueverunt: designatur enim ea ratio, qua qnis ultra voluntatem non progreditur; unde μάταιος vanus, irritus, ματίη ignavia Od. 10. 78. τείρετο δ' ἀνδρῶν θυμὸς ὑπ' εἰρεσίης ἀλεγεινῆς || ἡμετέρῃ ματίῃ —, ματάω cunctor, cesso Il. 5. 323: 16. 474: 23. 510. Cum hac re quid melius congruat non video quam μέλλω cunctor et ἀβλεμέως, de quo supra dixi. Addo vo-

cem *ἄϑλος*. Et. M. p. 19. 22. radicem quidem bene ostendit, sed a vero mirum quantum aberravit. *Ἄεϑλος* enim, quae vox ab *α* negativo et *ἐϑέλω* descendit, is status est, quo quis non satis habet voluisse, sed omni virium contentione agit. — Quod *ἄμοτον πῦρ* dicitur (Apoll. Rh. 4. 1418.), non magis miramur, quam Il. 20. 490. *ὡς δ' ἀναμαιμάει βαϑέ' ἄγκεα ϑεσπιδαὲς πῦρ.* 11. 571. *δοῦρα λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι.* — His expositis de explicandi conatibus, qui apud Schol. Ven. Il. 6. 440. Schol. Ambr. Od. 6. 83. Hesych. v. *μοτά*. Poll. Onom. IV. 182. inveniuntur, dicendum esse non arbitramur.

45.) *ἀμέγαρτος.*

Cf. Buttm. Lexil. I. p. 266.

46.) *ἀμορόεις.*

Cf. quae de voce *ἀλαπάζω* dicta sunt.

47.) *ἀνεκάς.*

Schol. Aristoph. Vesp. 18. *ἀνεκάς· ἀντὶ τοῦ ἄνω πάνυ ἑκὰς καὶ εἰς ὕψος.* Doederlin. p. 12. recte ita distinxit: *ἀντὶ τοῦ ἄνω· πάνυ ἑκάς· καὶ εἰς ὕψος.* De usu vocis Boeckh. nott. critt. ad Pind. Olymp. II. 23. exposuit. Quamquam Doederlinus, ut ostendat *ἀνεκάς* non esse compositum, rationem, quae inter *πέρι* et *πέριξ* intercedat, conferri iubet: tamen, quum quod mirum videtur *ἀνεκάς* ab *ἄνα* originem singulari modo duxisse — nam exemplum illud ad hoc minime quadrat — tum quod Attici primam syllabam accentu notasse feruntur, facere non possumus, quin vocem ab *ἄνα* et *ἑκάς* compositam esse existimemus.

48.) *ἀοσσητήρ.*

Schol. Ambros. E. ad Odyss. 9. 165. *ἀοσσητῆρες· οἱ ἕτοιμοι βοηϑοί* (Suid. *ἀ. βοηϑός*)· *παρὰ τὸ μὴ ἀναμένειν — ἢ ἐκ τοῦ α ἐπιτατικοῦ καὶ τοῦ ὄσσω τὸ βλέπω.* Et. M. p. 116. 37. *ἀοσσητὴρ παρὰ τὸ ὄσσον, ὀσσοτὴρ· καὶ ἀοσσητὴρ, ὁ βοηϑός, ὁ ἄνευ ὄσσης καὶ κληδόνος βοηϑῶν αὐτομάτως. ἔϑος γὰρ τοῖς παλαιοῖς τοῦτο, πυνϑανομένοις μαντείας βοηϑεῖν.* Vocabulum primitivum sane quidem *ὄσσα* est, sed *α* non intentivum, potius copulativum, ita ut is significetur, qui una cum vocatu sive simulatque vocatus est apparet. Verbum *ἀοσσέω* autem id est. unde *ἀοσσητὴρ* derivatum haberi oportet. Eandem fere vocum *βοηδρομέω* et *βοηϑέω* notionem esse apparet. Nam quum Eustath. p. 964. 63. haec dixisset: *ὄσσεσϑαι ἀπὸ τῆς ὄσσης, ἣν ἀεὶ ἐπὶ μαντείας τίϑησι· τοιαύτη δὲ λέξις ἐστὶ καὶ ὄψ ὡς Διονύσιος Αἴλιος παρασημειοῦται λέγων ὄπα τὴν κληδόνα καὶ ὀττεύεσϑαι τὸ κληδονίζεσϑαι*, egregie docuit Buttmannus *ὄσσα* non praesagitionem significare, sed vocem Lexil. I. p. 23. sqq. — Idem illud *α* copulativum, neque vero idem vocabulum nativum conspicitur in *ἄοζος* (Aesch. Agam. 223) et in verbo inde derivato *ἀοζέω*. Est enim *ὄζος* progenies, puer. Iam quum *παῖς, κοῦρος*, puer, Knappe (=Knabe) ministrum significent, num quis miratur *ὄζος* aequo modo famulum designare? Unde *ἄοζος* is est, qui, ut cui operam navet, apparet. Addo Kantzowii (Pomm. Chron. p. 22. Böhm.) knechteken = knäblein; de hac forma ne dubites conferas velim gichtig (= ging ibid. p. 7.), „se stichteden (= stifteden) einen weddermann (ibid. p. 89.), Lucht = Luft. v. Grimm. Gr. II. p. 336. III. p. 320. Graff. Althochd. Sprachsch. I. p. 346. Martin. Rinke Linguist. Forschungen. Heiligenst. 1836. p. 13. Neque praetermittendum est, quod Hesych. tradit: *ὀζεία· ϑεραπεία.* Lobeck. proll. pathol. p. 360. dicit vocis *ἄοζος* etymon ignotum esse, speciem apparere in *Λάκοζος* sive *Λόκοζος* urbis Phrygiae nomine. — Quibus expositis de voce *ὀπάων* paucissimis dicam. Hoc enim vocabulum ortum est ex *ο* copulativo et radice *ΠΑ*. cuius notio optime cognoscetur, si quis haec contulerit: *ἐπασάμην, πέπαμαι, παός, πηός*; namque *πηοί* secundum grammaticorum doctrinam non reprobandam sunt

συγγενεῖς ἐπίκτητοι. Vel *πῆμα* inde esse derivandum his collatis perspicitur: gagner un mal, une maladie, sich eine Krankheit holen, aufgabeln (Suev.), sich etwas einschenken (Bernd deutsche Spr. in Pos. p. 52.). Quam arcte *πῆμα* et *παός* et *ὀπάων* cum *παῖς* (Et. M. p. 669. 28.) cohaereant luce clarius est, praesertim cum Latinorum familia et voces Vetter et Baase, quibus famuli Wirtembergenses dominos ac dominas appellare consueverunt, notionum cognationem satis apertam reddere videantur.

49.) *ἄξενος.*

Hesych. *ἄξυνος· ἀκοινώνητος, πολύξενος.* Doederlinus videtur, inquit, id vocabulum, ad quod glossa *πολύξενος* pertinebat, excidisse: *ἄξεινος.*

50.) *ἄξυλος.*

Schol. Venet. Il. 11. 155. *ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ· καταξύλῳ, πολυξύλῳ· τὸ γὰρ α νῦν οὐ κατὰ στέρησιν, ἀλλὰ κατ' ἐπίτασιν.* Reliquorum grammaticorum locos Doederlinus indicavit, qui de hoc vocabulo perquam bene disseruit. Iam Porphyrius qua via explicaturo procedendum esset vidit; ait enim: *κατὰ στέρησιν τοῦ ξυλίσασϑαι, ἵνα ᾖ ἄξυλος ὕλη, ἐξ ἧς ξύλον οὐδεὶς ἔκοψε.* Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat aetas Ov. Met. 8. 329. Stat vetus et multos incaedua silva per annos Ov. Amm. 3. 1. 1. Optime Doederlinus Hesychii glossam comparavit *ἡ ἱερὸς τόπος*; unde, inquit, apparet *ἄξυλον* in usu fuisse de *ἀξυλίστῳ* vel *ἀκόπῳ* nemore; confirmat Apollon. Soph. p. 141. *ἀξύλῳ· ὁ μὲν ἀξυλίστῳ, ἐξ ἧς οὐδεὶς ἐξυλίσατο, δι' οὗ τὴν πολύξυλον πάντως ἀκούομεν.*

51.) *ἄπεδος.*

Quum Riemerus nuper miserrimo modo mortuus ea sententia esset, ut hic *α* intentivum inveniri putaret, Doederlinus, etsi non probavit, tamen non omnino improbavit. Verum vidit Hesych.: *ἄπεδον· ὁμαλὸν, ἰσόπεδον, ἐπίπεδον.* Alpha enim est copulativum, quocum has voces compositas esse vel grammaticarum rerum non admodum peritus intelligit: *ἀγάλακτος, ἀγάστορες, ἀδελφός, ἀκοίτης, ἄλοχος, ἀκόλουϑος, ἀβολεῖν, ἀτάλαντος, ἄϑριξ.* Neque ignotum est eodem alpha necessario similitudinem indicari. Quae res illustratur ea ratione, quae est inter Graecorum *ὁμῶς* et *ὁμοίως*, Latinorum simul et similis (cf. C. Schwenck. Seebod. Archiv. Jahrg. 1. Heft 1. p. 257. sqq.); ad quae addas Hom. Od. 5. 80. *ἄγχιστα ἔοικεν.* Il. 23. 719. *ἔπος ἐρέω ἀδάμαντι πελάσσας.* Boner Edelstein: Wer meint, das er der beste si, || dem wohnt ein tor vil nachen bi. Liv. 24. 5. adiectique poenae ceteri iuxta insontes. Satis autem ea ratio tibi perspicua fiet, ubi *ποινή* cum *ἄποινα* contuleris, de quibus Passovius bene dixit, neque fore spero ut quis Leidenrothio assentiatur haec dicenti: *Ἄποινον* est Abkauf, Lösegeld; ex *ἀπ* enim et *οἶνον* constat, quod est pro *ὦνος* venus, הון, Winn, Gewinn. Cuius generis ludibria in illa scriptione, quam anno 1836. edidit, non pauca inveniuntur, quamquam multa ingeniose excogitata esse non negamus. Quum Apoll. Lex. s. *α.* quinque litterae *α* potestates enumerasset, *στέρησιν, πολύ, ὁμοῦ, ἴσον καὶ ὅμοιον, τὸ σύν*, scholiasta Dionys. Gramm. p. 808. duas postremas ad unam redegit *ὁμοῦ.* Caeterum cf. Heyne ad Il. 12. 207. Spitzner in Köpp. Anm. Il. 16. 149. De Hebraeorum ב = כ cf. Gesen. Lex. p. 120. b. ed. IV. de עִם ibid. p. 273. b. de Germ. sam Maass. Synon. IV. 43. Iac. Grimm. Gramm. II. 764. 1018.

52.) *ἀπένϑητος.*

Aesch. Agam. 868. sq. *νῦν ταῦτα πάντα τλᾶσ' ἀπενϑήτῳ φρενὶ, || λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε τῶν σταϑμῶν κύνα.* Ubi Maltbius *α* vim suam intentivam exserere opinatus est. Hoc Blomfieldius tradidit. Doederlin. p. 13. recte improbata Blomfieldii ipsius interpretatione

»dolori minime succumbens« ita distinxit, ut ἀπενθήτῳ φρενί cum λέγοιμ' ἄν hac sententia coniungatur: quo plura adhuc toleravi, tanto nunc laetiore animo virum hunc salutans huius stabuli custodem appellaverim?

53.) ἀπέρωπος.

Et. M. p. 120. 42. ἀπερωπόν, ἄγριον, καὶ ἀπηνῆ· ἢ σκληρόν, ἢ δυσπαραίτητον, στυγνόν, ἀπαράπειστον. Phrynich. in Bekk. Anecd. I. p. 8. ἀπέρωπος· σημαίνει ἀναιδής, σκληρός, τραχύς, οἷον ἀπερίοπτος καὶ ἀπερίβλεπτος· ὃν οὐκ ἄν τις περιωπήσαιτο διὰ τὴν ἀηδίαν καὶ ἀπέρωπον οἷον τραχὺ καὶ ἀνατεταμένον. Hesych. ἀπέρωπος· ἀπάνθρωπος. — Vox constat ex α negativo, praepositione πέρι, radice, quae est in ὄψομαι, ita ut is significetur, qui non circumspicit, quid ad salutem aliorum augendam facere debeat, qui nullius rationem habet, rücksichtslos. De elisione litterae ι in praepositione πέρι cf. Boeckh. et Herrmann. ad Pind. Ol. 6. 65. Doederlinus, quum α hic esse intentivum arbitratus ita converteret immodice oculos circumferens — id enim vel protervitatis et impudentiae, vel truculentiae et irae indicium esse —: in altera Hesychii glossa ἀπερώπως· θαυμαστῶς, ἀδοκήτως recte α privativum cognosci dixit.

54) ἄπλετος.

Recte Doederlinus nec Moeridi Atticistae (p. 24.) nec grammatico, qui est ap. Bekk. Anecd. I. p. 425., ἄπλατος, ἄπλητος, ἄπλετος confundentibus obsecutus est: quamquam eo vehementer erravit, quod vocem novissimo loco positam ita a verbo πέλομαι derivatam dixit, ut praefixo α intentivo synonymum vocabulorum ὑπερφυής et ὑπερφίαλος existeret. Atqui πέλομαι non omnino idem esse quod εἶναι satis apertum est. Num enim illo verbo aliud quid indicatur quam notio motus? Nonne is dicitur πέλεσθαι, quem eo, quod movetur, esse cognoscitur? Quod optime vocibus πόλος, πέπλος, πέλανος (Auflläufer), ἄμπελος, usu verbi ipsius demonstratur. Unde facile intelligis, quomodo factum sit, ut non raro ea fere notio indicetur, quae in τείνειν insit. Il. 23. 431. ὅσσα δὲ δίσκου κατωμαδίοιο πέλονται. Quare πέλεθρον sive πλέθρον significat primum omne spatium longe patens, tum non aliter atque nostrum Maaß, ubi idem est quod Quart, certam quandam mensuram, qua rei alicuius longitudo definitur (cf. Schol. Platon. p. 389. Ideler üb. die Längenmaaße der Alten. Abh. der Berl. Ak. 1816. p. 175. Böckh. Staatshaush. I. p. 67. sqq.). Optime vox μέτρον a ΜΑΩ descendens conferri potest. De cuius significatione si quaeris quid verum sit doceris collatis his locis: Hor. epp. 1. 10. 20. qua tendit rumpere plumbum; Cic. Att. 16. 5. dubito an Venusiam tendam; formam illustrant haec: φέρετρον, δέρετρον. Neque Latinorum modius dissimile est. — Unde πέλωρ appellatur quidquid (longe) extenditur, homo vel res immensae magnitudinis. Sic Germanorum Riese descendit a goth. reisan (cf. Schwenck. Wörterb. v.). Quae quum ita sint, facere non possum, quin de vocis θοός et origine et notione quam paucissimis exponam. Descendit enim a verbo θέω eodem modo, quo ῥόος a ῥέω, πλόος a πλέω, χόος a χέω (Et. M. p. 452. 54.). Quum igitur θοός is sit, qui magna incitatione procedit, collatis Germanorum bald et Hebraeorum מְאֹד qua ratione eadem vox impigrum, strenuum, fortem eumque significare possit, qui ad impetum faciendum promptus sit, facillime cognosces. Quodsi originem non neglexeris tibi nequaquam singulare aliquid esse videbitur νῆσον θοήν insulam longam et quae in tenuitatem desinat indicare. cf. Lingnau de origine et natura nominum in men et mentum exeuntium. Braunsb. 1836. p. 8. Doederl. Syn. II. p. 92. Pind. Nem. 8. 69. δένδρον ἀΐσσει. Schol. Il. 13. 390. Et. M. 514. 54. κίων, ὁ λίθος ἀπὸ τοῦ κίειν καὶ ἀνιέναι εἰς ὕψος. Od. 5. 412. — λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη.

Difficilior quaestio est de notione vocabuli, ubi cum νύξ coniunctum reperitur: θοὴ νύξ. Quibus nihil indicatur nisi nox, unde periculum imminet, quum hostis instar quasi impetum in homines faciat. Atque num aliud quid ipsa voce νύξ indicari putas? Descendit enim a νύσσω eodem modo quo nox a noceo, dux a duco, arx ab arceo, lux a luceo. (Et. M. p. 608. 57.) Quae res optime illustratur vocabulo ἡμέρα cum ἥμερος collato (Plat. ὁδοὶ ὡς ἡμερώταται), praesertim quum quae apud Platonem Crat. p. 418. C. inveniuntur et is usus accedant, quo φῶς et ἡμέρα pro salute, νύξ et σκότος pro re adversa posita saepissime inveniuntur. cf. prov. Die Nacht ist keines Menschen Freund. Lob. de nominibb. Graecorum verbalibus diss. I. p. 4. 1844. Neque futurum esse iudico, ut quis Nitzschio haec dicenti assentiatur: »θοήν verstehe ich die scharfe acrem, nach der Analogie von ὀξύς. Die scharfe Nachtluft ist gemeint.« (ad Od. 12. 284.) At haud scio an miraturus sis noctem voce εὐφρόνη omnino contrariam notionem continente indicari. Quod quomodo fieri possit synonymorum doctrina docet, de qua hic exponere opus non est. Quum enim ὕπνος epithetis ἡδύς, γλυκύς, μαλακός, μελίφρων ornetur, nonne ut si quid aliud facillime intelligitur noctem, quippe quae sit ὑπνοδότειρα, εὐφρόνην dici posse? Verum profecto vidit Et. M. p. 399. 50. παρὰ τὸ εὐφραίνειν τὸ σῶμα διὰ τῆς ἀναπαύσεως. — Sed redeamus ad eam rem unde exorsi sumus orationem. Πέλωρ igitur rem ingentem significare diximus. Il. 18. 410. ἦ καὶ ἀπ' ἀκμοθέτοιο πέλωρ αἴητον ἀνέστη. De adiectivo apposito haec doceo. Quae cognatio inter ἔλαφος et ἐλαφρός intercedit, eandem inter ἀετός et ἄητος a radice ἄημι (Et. M. p. 23. 17.) descendentia esse quis est quin videat? Celeritatem motus indicari apparet; unde de Hephaesto haec adduntur: — ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί. Iam quum de verbo, unde ἄπλετος ortum sit, exposuerimus, videndum est, quid de significatione iudicemus. Res igitur parvae facile atque celeriter moventur (Il. 22. 509. εὐλαὶ αἰόλαι): quae magnae sunt molis non aeque. Unde ἄπλετος is dicitur, qui propter molem moveri non potest, ingens, immanis. Quo autem, inquies, modo hac voce multitudo rerum significari potest? Sed vide modo. De re namque multis partibus constante, ut arena, aqua, sale, certa quadam regione, omni orbe terrarum, ita possumus exponere, ut omnem partium ambitum complectamur; tum notio magnitudinis oritur: vel ita, ut singularum partium ratio habeatur; tum notio multitudinis existit (cf. πολύς.). Iam si χρυσός dicitur ἄπλετος, ὕδωρ ἄπλετον, ἅλες ἄπλετοι omnis omnium partium ambitus, non singulae partes spectantur. Utrumque genus dicendi commixtum est his locis: Hom. Od. 15. 81. γαῖα πολλὴ καὶ ἀπείρων. Soph. Aiac. 634. ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος || φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται. — Postquam ad hunc locum perventum est a re non alienum arbitror de voce ὁπλή pauca addere. Namque haec quoque quin a πέλομαι recte derivetur nihil dubito: composita est cum ο copulativo non aliter atque ἁπλόος cum α copulativo. Est igitur ὁπλή res simplex quaeque in partes non diffinditur. Si de forma quaeris haec bene conferuntur: ἐπιπλή, πρόσθη, ἐπιβλή (v. Lob. proll. path. p. 36.). Iam quum πηγός res firma dicatur, quippe cuius partes arctissime cohaereant — oppositum est quod his verbis dicitur λύντο δὲ γυῖα —: ὅπλον quamcunque rem indicat firmam, quaque quid effici possit. Quibus expositis de voce ὁπλότερος quidquam addere opus non est.

55.) ἄπτερος et ἀπτερέως.

Vox ἄπτερος in Odyssea quater invenitur: 17. 57; 19. 29; 21. 386; 22. 398. ubi Telemachus Eurycleae quid mandasse narratur, quod haec exsequi non dubitaverit: ὣς ἄρ' ἐφώνησεν· τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος. Schol. Ambros. ἄπτερος· ἢ πάγιος καὶ ἀμετακίνητος ἐκ τοῦ

α στερητικοῦ μορίου· ἢ μᾶλλον σύντομος καὶ ταχὺς, ἐκ τοῦ ἐπιτατικοῦ. Et. M. p. 133. 26. ταχὺς πρὸς τὸ πεισθῆναι καὶ ἰσόπτερος· ἡ γὰρ α στέρησις δηλοῖ καὶ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ ἴσον· οἷον ἀτάλαντος, ἄλοχος· ἔνιοι δὲ οὐ παραπτὰς, ἀλλ' ἔμμονος. Novissima explicatio tam simplex est, ut Doederlinum ea non contentum rem altius petiisse miremur. Ait enim haec: »μῦθον non Telemachi intelligo, sed ipsius Eurycleae. Nam ἄπτερος μῦθος, qui contrarius est ἔπεσι πτερόεσσι, sermonem significat eum, qui mente tantum concipitur nec tamen voce editur, nec φεύγει ἕρκος ὀδόντων. Quod responsum famula dare poterat, εὖ ἔχει, γενήσεται, id retinere et tacito obsequio ipsoque opere exsequendo respondere satius habebat.« At ἔπεα πτερόεντα et ἄπτερος μῦθος nequaquam eo modo inter se opposita sunt, quo vir doctus opinatur. Nam πτερόεντα verba ideo vocantur, quod celerrime ab ore loquentis per aerem ad aures audientis accidunt. Epitheton est, quod dicunt, perpetuum vel ornans, ut illa μέροπες ἄνθρωποι, θοαὶ νῆες et quae sunt alia hoc genus. Quod intelliges ubi haec contuleris: Il. 5. 453. ἀσπίδας εὐκύκλους λαισήϊά τε πτερόεντα. Ἔπεα igitur πτερόεντα minime sunt verba prolata et ἀπτέροις opposita, quae non proferuntur, sed retinentur. — Neque homonymum ex α copulativo eademque radice ortum hic praetermittendum est. Aesch. Agam. 286. ἀλλ' ἦ σ' ἐπίανέν τις ἄπτερος φάτις; fama tam velox, ut alis uti videatur. Apoll. Rhod. 4. 1765. κεῖθεν δ' ἀπτερέως διὰ μυρίον οἶδμα λιπόντες || Αἰγίνης ἀκτῇσιν ἐπέσχεθον. — Lob. de prosth. et aph. II. p. 12. in voce ἀπτερέως esse α idem quod ἄπο affirmavit; ἀπτερής et ἄπτερος, inquit, dici licuit pro ἀπόπτερος hoc est ἀποπετήσιμος, ad evolandum promtus, citus. —

56.) ἄπυρος.

Aesch. Prometh. 905. οἶστρου δ' ἄρδις χρίει μ' ἄπυρος. Schol. πολύπυρος, διὰ τὸ σφόδρον καὶ πολὺ τοῦ πάθους. cf. ea quae de voce ἄπεδος diximus.

57.) ἄῤῥοθος,
ἐπίῤῥοθος, ἐπιτάῤῥοθος,
τάῤῥοθος.

Hesych. ἄῤῥοθος· ἀρωγός· βοηθός. Et. M. p. 363. 51. ἐπίῤῥοθος· ἐπίκουρος, βοηθός. p. 365. 30. ἐπιτάῤῥοθος· βοηθὸς ἰσχυρὸς, σύμμαχος· παρὰ τὸ ῥόθος (ῥοθῶ τὸ παρορμῶ) γίνεται ἐπίῤῥοθος καὶ πλεονασμῷ τῆς ταρ συλλαβῆς ἐπιτάῤῥοθος ὁ ἐν τῷ βοηθεῖν πρόθυμος καὶ παρορμῶν. Optime haec comparantur: Soph. Aiac. 412. πόροι ἁλιῤῥόθιοι. Harpocr. v. πόρος. πόροι ἁλιῤῥόθιοι explanat ποταμοὶ εἰς τὴν θάλασσαν ῥέοντες, quos Homerus ἀλιμυρήεντας vocat. Non minus recte huc referes ὁμόῤῥοθος et ὁμοῤῥοθέω. Quemadmodum a radice *MA* μόθος descendit (cf. quae supra de v. ἄμοτος diximus), sic a radice *PE*, in qua notio celeris facilis quemotus inest (cf. ῥεῖα, ῥέθος, ῥώννυμι), ῥόθος, impetus, cursus incitatus. Strepitus autem notio secundaria est. Vides igitur quomodo fiat, ut vox ἄῤῥοθος a radice *PE* praefixo α copulativo profecta (cf. ταχύῤῥοθος) eum significet, qui contendat ut cui praesto sit sive appareat. Quae ratio notionem auxilii describendi intelligetur his collatis: adesse alicui, di praesentes, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, succurrere, קוּם. Atque quemadmodum in ἄῤῥοθος α copulativo hominem auxiliaturum ad eum, qui adiuvandus sit, proxime accedere indicatur, sic in ἐπίῤῥοθος praepositione ἔπι idem fieri quisque facile videt; est enim ἐπίῤῥοθος is, qui (ut auxilium praestet) ad aliquem contendit. Non solum α illud, sed etiam ἔπι conspicitur in ἐπιτάῤῥοθος, cui voci, ut hiatus fugeretur, littera τ inserta est. cf. Buttmann. Lexil. I. 126. Ne vero quaeras, unde factum sit, ut littera τ inserta, quam ι eliso Graeci hiatum evitare maluerint, quum satis constet ubi de sonitus suavitate dicatur

admodum caute iudicari oportere. Vix enim dici potest quot quantique errores a grammaticorum de euphonia iudicandi temeritate originem duxerint. (cf. Diomed. I. 372.). — Sed ne forte praepositionem ἔπι additam supervacaneam atque inutilem esse opineris, conferas velim ea quae de vocabulis ὑφηνίοχος, ἐπίουρος, ἐπιβουκόλος, ἐπιβώτωρ, μετάγγελος, ὑποδμώς, aliis Lehrs. de stud. Arist. Hom. p. 115. sqq. et Lobeck. prolegg. pathol. p. 143. docte exposuerunt. Neque ab hac re aliena sunt ea, quae inveniuntur in Epim. Cram. I. 81. παρὰ τὸ μείρω ἀμέρσαι τὸ ἄμοιρον ποιῆσαι· τὸ δὲ ἀπαμέρσαι ἐπιτεταμένην ἔχει τὴν πρόθεσιν ὡς τὸ ἐξαφελέσθαι. Schol. Vict. Il. 4. 40. ἐξαλαπάξαι – παντελῆ δηλοῦσιν ἀπώλειαν αἱ δύο προθέσεις. Simillima sunt ἀφαμαρτεῖν, ἀπαμελεῖν, ἀποτιμᾶν, quibus praepositio non temere addita est, sed negationi ademtionis notionem addit. Lycophro ἐπιτάῤῥοθος a praepositione ἔπι et τάῤῥοθος compositum esse ratus non semel (360. 400. 1040. 1346.) forma τάῤῥοθος pro ἐπίῤῥοθος, ἄῤῥοθος, ἐπιτάῤῥοθος usus est. cf. quae de voce ἄβιος diximus.

58.) ἀσελγής.

Et. M. p. 152. 40. ἀσελγής· παρὰ τὸ θέλγω τὸ ἀπατῶ καὶ σκοτίζω, θελγής· καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α, ἀθελγής καὶ ἀσελγής, ὁ εὐαπάτητος καὶ σκοτεινὸς κατὰ τὸν νοῦν. Eupolis ap. Polluc. I. 111. ἄνεμον βίαιον dicit ἀσελγῆ. Κριόν, qui erat in arce Athenarum, vocaverunt ἀσελγόκερων ut κυρίττοντα καὶ ὑβρίζοντα κέρασιν (Phot. lex. p. 179.). Aristoph. Plut. 560. καὶ γαστρώδεις καὶ παχύκνημοι καὶ πίονές εἰσιν ἀσελγῶς. Etymologicum, quum de explicatione vocis erraret, originem bene indicavit: cf. σεῖος, σάω, παρσένος, σέλω, σεῖναι, ἐλσών, Maitt. de diall. p. 196. ed. Sturz. Koen. ad Gregor. p. 300. Lobeck. proll. path. p. 423. Tellurem Θεμέλην dictam fuisse volunt διὰ τὸ εἰς αὐτὴν πάντα καταθεμελιοῦσθαι, ἣν κατὰ συναλλαγὴν ἑνὸς στοιχείου, τοῦ σ, Σεμέλην οἱ ποιηταὶ προσηγορεύκασιν. Joann. Lyd. de mens. p. 72. 15. ed. Bonn. Unde ἀσελγής activa notione est iniucundus (cf. iuvat me), putidus, intolerabilis. cf. ἀνήδονος, ἄχαρις, ἀηδής, ἀδευκὴς ὄλεθρος (Et. M. 16. 27.), ἀτερπέστατον ὕδωρ (Paus. 1. 17. 5. de Cocyto), ἀκακήτης (= ἐριούνιος, σῶκος Schol. Il. 20. 72. Et. M. 742. 14. Lob. proll. ad indic. lectt. 1844. p. 1.). Figura est litotes; cf. quae de ea diximus, quum vocem ἀμαιμάκετος explicaremus. Atque haud scio an cum hac voce σέλας cognatum sit, quum φάος et σέλας pro re laeta saepenumero posita inveniantur. cf. Abresch. ad Aesch. I. p. 195. Hor. Od. II. 13. 34. Jac. Blumenl. d. röm. D. II. p. 382. Caeterum de ἀσελγής praeter Doederlinum Bremi paucis exposuit ad Demosth. Oratt. selectt. p. 150.

59.) ἄσημος.

Cf. v. ἀγάλακτος.

60.) ἀσκελής.

Veterum grammaticorum multas et varias huius vocabuli explicationes apud Et. M. p. 154. 38. sqq. inveniuntur. Doederlinus (de alph. int. p. 16.) alpha nec euphonicum nec negativum esse arbitratus radici, quae in verbo σκέλλω insit, alpha intentivo praefixo effici censet, ut torridus significetur. Atque, quum torrida inflectere cupientibus resistant, mirum non esse, quod eadem voce non minus res firma indicetur, quam infirma; nam res sine succo et sanguine fatiscere vel torpere. A quibus ea, quae Lobeck. ad Soph. Aiac. 649. de περισκελής (cf. Casaub. ad Athen. XI. 795. XIV. 953. Gatack. ad Anton. IV. 28.) in medium protulit, non abhorrent. Atque quemadmodum Doederlinus in σκέλλω vocis ἀσκελής originem esse quaerendam iudicavit, sic Lobeck. de prosth. et aph. p. 10. derivat

a *σκέλλω* et a praepositione loquelari, quae per se nihil significet. Nos, quum *σκέλος* eam corporis partem significet, qua infracta omni motu privatur ac tardatur, voce *ἀσκελής* hominem, qui crurum imbellicitate tam laboret, ut nervis quasi incisis fractisque esse videatur, indicari existimamus. Unde quomodo de omnibus rebus infirmis dici potuerit apparet. Quod collatis vocibus *γυιόω* et *ἀπογυιόω* (membris privo, infirmum reddo) egregie illustratur. Od. 10. 463. *νῦν δ' ἀσκελέες καὶ ἄθυμοι.* Neque vero negari potest, non paucos locos reperiri, ubi omnis orationis ambitus is esse videatur, cui nulla nisi contraria notio apta sit. Od. 1. 68. *ἀσκελὲς ἀεὶ Κύκλωπος κεχόλωται.* Il. 19. 68. *οὐδέ τί με χρὴ ἀσκελέως αἰεὶ μενεαίνειν.* Sed haec ut recte intelligas in mentem revoces illa quae de voce *ἀβλεμέως* dicentes exposuimus. Quemadmodum enim *ἀβλεμέως πίνειν* aeque atque *ἀκρατῶς πίνειν* eum bibendi modum indicare tradidimus, quo quis impotens omnique animi vi spoliatus esse videatur, sic *ἀσκελὲς κεχολῶσθαι* eam iram significare apparet, quae coerceri non possit et cui reprimendae hominis vires non sufficiant. Unde Od. 4. 543. *μηκέτι πολὺν χρόνον ἀσκελὲς οὕτω κλαῖε* recte ita interpretari nobis videmur: Ne amplius longum per tempus ita te lacrimis tradas, ut propter animi imbecillitatem eas retinere non posse videaris.

61.) *ἄσκιος.*

Pindar. Nem. VI. 43. sqq. *βοτάνα τέ νιν || πόθ' ἁ λέοντος || νικάσαντ' ἔρεφ' ἀσκίοις || Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν.* Ubi Dissen.: »*ἄσκιος* umbrosus, ut *ἄσκιος ὕλη* Hesychio explicatur *ἡ δασεῖα ὕλη.* Disputavit de hoc genere verborum nuperrime Nitzschius in commentario docto ad Odyss. 1. 20., ubi vide aliorum indicatas sententias, neque tamen res iam ad liquidum est perducta.« Recte Doederlinus (de alph. int. p. 17.) si alpha esset euphonicum vocis formam *ἀσκιόεις* esse debere dicit nec satis tuto in frag. 168. *ἐν δ' ἀσκίοισιν πατὴρ· νηλεεῖ δὲ νόῳ* Boeckhii Hermannique coniecturam *δασκίοισιν* ascisci, quum *ἄσκιος* Pindarus semel dixerit, sed nec *δάσκιος* nec aliud adiectivum, in quo sit *δα* intentivum. Vera Hesychius refert I. p. 1544. — *δηλοῖ δὲ τὸ μὲν ἄσκιον σκότος· τὸ δὲ κατάσκιον φῶς.* Androcyd. Pyth. ap. Clem. Alex. Strom. V. p. 568. Sylb. *σημαίνειν δὲ ἄσκιον μὲν τὸ σκότος. μὴ γὰρ ἔχειν τοῦτο σκιάν.* cf. Plut. Symp. VII. 5. Quare, id quod Lobeck. de prosth. et aph. II. p. 9. narrat, sublustria lumina, quae luna nascens spargit, Tryphiodorus *ἄσκιον ἀχλὺν* vocat v. 517. Bene autem idem Lobeckius docet si poeta montes Phliasios *ἀσκίους* nominaverit necesse non esse umbrosos vel adeo umbrosissimos intelligi; nam multos esse montes nullis arboribus vestitos.

62.) *ἀσπερχές.*

Et. M. p. 156. 35. *ἀδιαλείπτως, τοῦ α κατ' ἐπίτασιν, τουτέστι τὸ ἄγαν ἐσπευσμένον· παρὰ τὸ σπέρχω.* p. 442. 9. *ἀσπερχὲς τὸ πολυσπούδαστον, ὃ περισπερχὲς λέγει ὁ Σοφοκλῆς.* v. Lobeck. ad Aiac. 414. ed. II. Apollon. Lex. et Hesych. *συνεχές· ἀδιαλείπτως.* Eustath. *πολυσπερχές.* Heyn. ad Iliad. IV. 32. Thiersch. Gram. §. 141. Monk. ad Eurip. Hipp. 235. grammaticorum illorum sententiam secuti *α* intentivum esse statuunt. Passovius, cui Doederlinus assentiri non dubitat, illud *α* pro euphonico habet. cf. Lobeck. de prosth. et aph. II. q. 10., qui et ipse vocem esse compositam cum loquelari praepositione *α* per se nihil significante censet. Nos de alpha euphonico diximus, ubi de voce *ἀλαπάζω* exponebamus.

63.) *ἀσπιδής.*

Cf. Spitzner. Exc. XXI. ad Iliad.

64.) *ἀσταγής* et *ἄστακτος.*

Suid. *ἀσταγὲς ὕδωρ· τὸ πολυσταγές.* Seidler. ad Eurip. Iphig. T. 1209.: Vox *ἄστακτος* si, quod veteres grammatici tradunt (cf. Valck. ad Theocr. p. 228. a.) vere habet *α* intensivum, ut dicatur pro *πολύστακτος* bene conferri hic potest Pausan. X. 32. Sed praestare videtur Hesychii explicatio: *ἄστακτον, οὐ κατάσταζον, ἀλλὰ ῥύδην,* ex cuius mente *Παρν. ἀστ. κορ. ὑδ.* erit Parnasium acumen aquis non stillans, sed fluens i. e. aquis et fontibus abundans. In eundem modum plura huius generis adiectiva explicanda sunt, ut *ἀδάκρυτος* Soph. Ant. 893. et *ἀτίμητος,* de quo Eustath. p. 1058. 3. *οἱ μεθ' Ὅμηρον ἄλλως ἀτίμητόν φασι τὸ πολυτίμητον, ἤγουν τὸ ὑπὲρ πᾶσαν τιμήν.* Hanc ultimam interpretationem nescio cur spreverit Valck. ad Theocr. p. 231. a. Similiter nostrates dicunt unschätzbar. Addo Schol. Nic. Ther. 308. *ἀσταγὲς δὲ ἤτοι τὸ ἄστακτον, ἢ μὴ στάζον, ἀλλὰ κρουνηδὸν φερόμενον, οἱονεὶ πολυσταγές.*

65.) *ἄσταχυς.*

Cf. Thiersch. Gramm. §. 140. init. Bekk. Anecd. I. p. 453. *καὶ ὅλως τὸ πλεονάζειν τῷ α ἐν ἀρχῇ τῶν τοιούτων ὀνομάτων Ἀττικόν ἐστιν.*

66.) *ἄστονος.*

Hesych.: *ἄστονον· μεγαλόστονον·* Aesch. Sept. adv. Theb. 856. *τὰν ἄστονον μελάγκροκον ναύστολον θεωρίδα.* Recte scholiasta explicat *κακοστενακτός.* cf. *ἀβάκχευτος.* Schol. Orest. 309. *κακοβάκχευτος; ἄγλωσσος.* Schol. Trachin. 1060. *βάρβαρος; ἄλοφος; ἀκρασία* (Bast. Gregor. p. 893.); *ἄλεκτρος* Schol. Soph. Electr. 492. *δύσλεκτρος.* Et. M. p. 291. 36; 619. 53. *τὸ α ἀντὶ τοῦ κακοῦ κείμενον.* Galen. de dogm. Hipp. et Plat. IV. 4. p. 380. sq. T. IV. Eustath. 1502. 27. Gloss. Lycophr. 102. *πολύνυμφος ἢ κακόνυμφος.* Schaeferum ad Eurip. Hec. 610. in *νᾶες ἄναες, χάριν ἄχαριν* etc. alteram quoque vocem pro substantivo habentem refutavit Lobeck. Parall. path. p. 229. Doederlinus (de alpha int. p. 18.) ego, inquit, quamquam omnia defendi posse fateor, tamen velim in MSS. inveniatur *τὸν ἄστονον,* ne Acheron, *πολύστονος* ille apud Theocrit. id XVII. 45., h. l. omni epitheto destitutus, cymba autem obruta epithetis videatur. Sed conferas haec: Od. 9. 322. *ὅσσον δ' ἱστὸν νηὸς ἐεικοσόροιο μελαίνης, || φορτίδος, εὐρείης, ἥτ' ἐκπεράᾳ μέγα λαῖτμα.* Il. 11. 32. *ἂν δ' ἕλετ' ἀμφιβρότην, πολυδαίδαλον, ἀσπίδα θοῦριν, || καλήν, ἣν πέρι μὲν κύκλοι δέκα χάλκεοι ἦσαν.* Recte enim Lobeckius ad Soph. Aiac. p. 129. ed 2. ita ait: Si duo epitheta totidemque substantiva parili inter se convenientia obversarentur, persaepe iis ne in mentem quidem venisse arbitror aequabilis partitionis, nisi vel metri ratio vel concinnitatis admonuisset. — Quamvis explicationem a me laudatam omnino reprobari posse dubitem,* tamen nescio an multis ea ratio magis accommodata videatur, qua cymba Charontis propter finem hominum gemitibus impositum *ἄστονος* appelletur, praesertim quum simillimum sit illud Anacreontis 48. 6. *πότος ἄστονος.* Ubi potum suspirii expertem Moebius ideo dici recte existimat, quod vinum causam suspirii, curas ac sollicitudines animo expellat. Nam quantopere poetae de inferis loquentes inter se differant ut si quid aliud constat nec ego miram vel prope adeo ridiculam dixerim cum Gellio (NN. AA. 20. 7.) fabularum diversitatem apud Graecos poetas. Quantum enim vel Hesiodus et hymnorum scriptores ab Homero distent bene exponit Naegelsbach. Hom. Theolog. Vorr. p. VIII. IX. Ita Theognis 425. *Πάντων μέν,* inquit, *μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον || μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου, || φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι || καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον.* cf. scriptores, quos Schneidewin. delect eleg. p. 77. conferri iussit. Atque quamquam

negari non potest inferorum sortem, utpote qui sanguine ac vigore orbati vitam voluptatis gaudiique expertem agant, ab Homero tristissimam dici: tamen eiusdem poetae locos, ubi propter vitae aerumnas, labores, miseriam mors, qua omnibus curis leventur, ab hominibus exoptetur non paucos inveniri Naegelsbach. Hom. Theol. p. 327 — 29. docuit. cf. Il. 17. 445.; 24. 525. 526. Quare non video cur is vituperandus esse videatur, qui Charontis cymbam *ἄστονον* ideo appellari putet, quod, simulatque homines eam conscenderint, gemitus omnes conticescant. Praetermittendum autem non esse duco eos, qui *οἱ καμόντες* ab Homero nuncupentur, non esse functos laboribus (Naegelsb. Hom. Theol. p. 326.), sed eadem de causa qua *ἀμενηνὰ κάρηνα* illo nomine appellari. (Buttmann. Lexil. II. p. 237. sqq.). — »Ceterum huius adiectivi unum est exemplum ambiguae scripturae et interpretationis ideoque inefficax.« His Lobeckii (de prosth. et aph. II. p. 9) verbis de toto loco dicendi finem faciundum esse arbitrati sumus.

67.) *ἀσύφηλος.*

Et. M. p. 160. 36. sqq. Doederlinus (de alpha int. p. 18.) nihil, inquit, aliud esse videtur, quam *σιφλός* cum *α* intensivo, cuius vocabuli aliam, ut puto, formam ac similiorem servavit Etym. M. *σίπαλος· εἰδεχθὴς καὶ ἄμορφος.* Vox his tantummodo locis invenitur: Il. 9. 647. — *ὁππότ' ἐκείνων || μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν || Ἀτρείδης ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.* 24. 767. *ἀλλ' οὔπω σεῦ ἄκουσα κακὸν ἔπος οὐδ' ἀσύφηλον.* Radix est syllaba *ΘΥΦ*, unde *τῦφος* fumus, superbia et *τύφω* (fut. *θύψω*) derivata sunt. De litteris *ϑ* et *σ* inter se commutatis vide ea, quae de voce *ἀσελγής* diximus. Vocabula similiter formata haec sunt: *δειλός*, *σιγηλός* (Brunck. ad poet. gnom. p. 324. ed. Schaef.), *ἀπατηλός*, *φειδωλός*, *ἁμαρτωλός.* Unde, si haec vox reperiretur, *συφηλός* foret superbus et in quo inest superbiae caussa; *ἀσύφηλος* autem dicitur res, in qua non est superbiae caussa, vilis, contempta. Sic Phryn. Bekk. Anecd. I. p. 14. *ἀσύφηλος ὕβρις. ἡ μετὰ ἀμαθίας καὶ ἀτιμίας.* Qua re quem posteriorem Homeri locum apposui ita interpretandum puto: ex te numquam audivi vocem ignominiosam. De figura, quae litotes dicitur, ibi exposuimus, ubi de voce *ἀσελγής* sermo erat. Caeterum addo, quae Lobeck. Proll. path. p. 109. protulit; ait enim haec: *ἀσύφηλος* Schol. Il. A. 9. 647. pro *ἀσόφηλος* insubidus, alii pro *αἴσυλος* accipiunt, Wyttenbachius ad Eurip. p. 241. ab *ἄτη* producit *ἀτύω*, hinc *ἀσύπω*, *ἀσύφω*, *ἀσυφάω*, quae vehementer olent ex indigitamentis Lennepianis.

68.) *ἀσφάραγος.*

Orion. Theb. p. 12. 8. *ἀσφάραγον τὸν βρόχον* (Larch. *βρόγχον*), *τὸ γὰρ διατείνεσθαι σφαραγεῖν ἔλεγον — ὥστε τὸ α κατ' ἐπίτασιν λαμβάνεσθαι.* Hesych. *σφάραγος. λαιμός. ψόφος.* De alpha euphonico, quod hic agnoscimus, vide quae diximus, ubi de voce *ἀλαπάζω* exponebatur.

69.) *ἀταρτηρός.*

Multa et varia de hoc vocabulo apud Et. M. p. 162. 10. reperire licet: sed absunt tam procul a vero, ut plura de iis adiicere opus non sit. Loci, ubi vox rara invenitur, hi sunt: Il. 1. 223. *Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν || Ἀτρείδην προσέειπε καὶ οὔπω λῆγε χόλοιο.* Od. 2. 243. *Μέντορ ἀταρτηρέ, φρένας ἠλεέ, ποῖον ἔειπες.* Radix est in *ταράσσω*, *τάρβος*, *τάρβεω*, *Τάρταρος.* Cum novissima voce bene conferuntur *βάρβαρος*, *μορμύρω*, *καρκαίρω*; notio simillima est ei, quae cum voce *Στύξ* coniuncta est. cf. Schoemann. de Oceanidum et Nereidum catalogis Hesiodeis 1843. p. 16. *Ἀίδης στυγερός.* Iam quum adiectiva in syllabas *ρός*, *ερός*, *ηρός* desinentia, si cui rei addantur, eius rei copiam significent, a cuius nomine derivata sunt, ut *νοσηρός*, *αἱματηρός*, *πονηρός*, *οἰκτρός*, *φθονερός*, quis mirabitur vocabulo *ἀταρτηρός*, cuius accentum in secunda syllaba recte poni putaverim, eum indicari, qui omnis timoris expers sit? Sententia locorum, quos attulimus, his illustratur: Il. 8. 423. — *αἰνοτάτη, κύον ἀδδεές* —. Od. 19. 91. *θαρσαλέη, κύον ἀδδεές* —. Il. 8. 209. *Ἥρη ἀπτοεπές.*

70.) *ἀτενής.*

Schol. Hesiod. theog. 661. *ἀτενεῖ τε νόῳ· ἄγαν τεταμένῳ, προθύμῳ.* Et. M. p. 163. 23. *ἀτενίζω — μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α.* Buttmannus (Gramm. ampl. II. p. 358.) hanc vocem, quam inter certissima alpha intentivi exempla retulit, non solum apud poetas, sed etiam scriptores saepissime inveniri recte docuit. Ego quidem *α* negativum esse arbitror; neque aliter Timaeus iudicasse videtur, quum haec eius sint verba (Lex. Plat. p. 45. ed. Koch): *ἀτενής· ἢ ὁ τῷ ἤθει εὐθὺς καὶ ἀκλινής, ἢ ὁ σκληρὸς καὶ ἀνύπεικτος, πρὸς ὃ χρὴ ὑπεῖξαι.* Radix enim est *TA, TE, TEN* (cf. *κά*, *κέ*, *κέν*) notione demonstrativa. cf. *ὅστε*, *ὅδε*, *Ἀθήνασδε.* Unde intelligitur, quo modo *τείνω* significet tendo, dirigo, verto. Quare *ἀτενής* is est, qui non dirigitur alio atque quo ab initio tendebat. Sic Euripides ap. Hesych. *ἥκω δ' ἀτενές*, inquit, *ἀπ' οἴκων*, quod Ruhnkenius »contento gradu« vertit. Epicharm. ap. Ath. VII. p. 277. *ἀτενὲς ἀπ' ἠοῦς.* Plat. Polit. X. p. 620. *E. ἐντεῦθεν δὲ δὴ ἀμεταστρεπτὶ ὑπὸ τὸν τῆς Ἀνάγκης ἰέναι θρόνον.* — *Ἀτενὲς βλέπειν* = *ἀτενίζειν*, oculo irretorto spectare (Horat). Unde *ἀτενὴς ἄνθρωπος* vir tenax propositi, qui a via, quam ingressus est, non deflectit. Plat. Rep. VIII. p. 547. E. Eurip. ap. Stob. p. 249. *καλόν γ' ἀληθὴς καὶ ἀτενὴς παῤῥησία.* Themist. Orat. 28. p. 342. B. *ὅτι σκληρὰ, αὐθέκαστος καὶ ἀτενής.* cf. Aristoph. Vesp. 729. Plat. Symp. II. 6. p. 640. E *ἡ γὰρ (γῆ) ἀτενὴς καὶ σκληρὰ δυσμεταβόλητος.* Soph. Antig. 826. *τὰν (Νιόβην), κισσὸς ὡς ἀτενὴς, πετραία βλάστα δάμασεν*: lapis Niobam cingit non aliter atque hedera tenax (Catull. 61. 34.). In hac voce etiam Maxim. Tyr. IX. p. 117. negationem vidisse existimo; ait enim ita: *ἄστρεπτον τὸ θεῖον καὶ ἀτενὲς καὶ ἀπαραίτητον.* —

71.) *ἀτημελής.*

Ἀτημελής a *τημελής* significatione non differt; utrumque enim idem est quod *ἀμελής.* Doederlinus (de alpha int. p. 20.) analogiae, inquit, rationem vel congrua exempla adhuc reperire non potui. Constat autem hominem felicem dici *θεοφιλής*, infelicem *θεοστυγής* (Ov. Met. 8. 724.), fortitudine insignem *Ἀρηΐφιλος.* Unde *ἀτημελής* appellatur homo, cui Ate dea prospicit, temerarius, qui tanta animi caecitate est, ut eas res negligat, quas curare oportet. De Ate dea Naegelsbach. (Hom. Theol. VI. 3. p. 271.) exposuit. Neque quisquam ignorat, quam saepe poetae *θεοὺς βλάπτειν φρένας ἀνθρώπων* dicant; hominum mentes enim a diis occaecari, quo minus recta et salubria perspiciant et in agendo sequantur, eaque re effici, ut quum suis se rebus prospicere opinentur ipsi in perniciem se praecipitent. Lycurg. adv. Leocrat. c. 21. *οἱ θεοὶ οὐδὲν πρότερον ποιοῦσιν ἢ τῶν πονηρῶν τὴν διάνοιαν παράγουσιν.* Vell. Pat. II. 118. quippe ita se res habet, ut plerumque cuius fortunam mutaturus est deus consilia corrumpat, efficiatque, quod miserrimum est, ut quod accidit id etiam merito accidisse videatur et casus in culpam transeat. Iam quo modo *τάῤῥοθος* Lycophronis ex *ἐπιτάῤῥοθος* eo *τημελής* ex *ἀτημελής* ortum est.

72.) *ἀτίμητος.*

Eustath. p. 1058. 3. *ὡς οἱ μεθ' Ὅμηρον ἄλλως ἀτίμητόν φασι τὸν πολυτίμητον, ἤγουν τὸν ὑπὲρ πᾶσαν τιμὴν, καὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται.* Dicaearch. p. 22. ed. Manz. *τὰ γενόμενα ἐκ τῆς γῆς πάντα ἀτίμητα καὶ πρῶτα τῇ γεύσει* cf. quae de voce *ἄστακτος* diximus.

73.) Ἄτλας.

Et. M. p. 141. 55. ἄτλας· ὁ πάνυ καρτερικός. p. 164. 28. Ἄτλας· σημαίνει δὲ καὶ τὸν θεὸν — τοῦ α κατ' ἐπίτασιν· ἵν' ᾖ ὁ μὴ τλῶν καὶ ἀνάγκῃ ποιῶν, ἀλλ' ἑκουσίως φέρων καὶ οὐ κατὰ κόλασιν. Quamquam de rebus Atlantis Homerus praeter ea, quae Od. 1. 52. inveniuntur, nihil narravit, tamen propter epitheton ὀλοόφρων additum et propter ea, quae Hesiodus (theog. 509.) tradidit (κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης), nominis notionem hoc modo recte explicare videor. Ἄτλας enim is est, qui animo invito nec malum ita ferat, ut non perturbetur, sed rem adversam constanter et patienter sustineat. Unde quisque facile videt vocem Ἄτλας contrariam esse significatione vocabulis πολύτλας et ταλασίφρων. Od. 18. 135. καὶ τὰ φέρει ἀεκαζόμενος τετληότι θυμῷ. Il. 5. 382. τέτλαθι, τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ. 11. 317: 19. 308. Od. 5. 222. 362. Aristarchus τλήμων numquam miserum significare dixit, sed durum laborisque patientem et Lehrs. de Arist. stud. Hom. p. 99. egregiam observationem vel commendatione vel confirmatione egere negat. O. Müller Prolegg. myth. p. 118. alpha intentivum in voce Ἄτλας inesse statuit. Doederlinus num alpha intentivum an euphonicum esse iudicaret dubitavit. — Ab eadem radice ὄτλος profectum est. Uti λόγος a λέγω, πόνος a πένομαι, sic ὄτλος a verba τλάω ita derivatur, ut id significetur, quod non feratur vel aegre sustineatur, miseria magna et calamitas; unde verbum ὀτλέω = perpetior rem, quam quis vix sustinet et ὀτλήμων homo malo oppressus, quod maxima cum difficultate fertur. Quare vix est quod moneamus, ne quis ὀτλήμων a τλήμων et ο compositum esse opinetur; descendit enim haec vox a verbo ὀτλέω. — Littera ο pariter atque in ὄτλος negativa est in ὀτρηρός, de quo multa afferuntur ab Etym. M. p. 637. 12. Sunt enim ὀτρηροὶ θεράποντες ministri, qui mandata exsequenda non subterfugiunt, sed, uti par est, dominis apparent. cf. de voce παρεῖναι Bremi. ad Dem. orr. sell. p. 186. Nitzsch. ad Od. 6. 15. Lindem. ad Fest. v. ancilla. Contra Lobeck. (proll. p. 265.) ὀτρηρός, inquit, a verbo quidem ortum est, sed primitivo τρέω trepido, satago, ut τρήρων Schol. Il. 1. 321. praefixa particula epitatica.

74.) ἀτμήν.

Et. M. p. 164. 34. ἀτμήν, ἀτμένος, ὁ δοῦλος — οἷον ὁ ἄτιμος — ἢ πολύτμητός τις ὢν ὑπὸ τῶν μαστίγων, τοῦ α ἐπιτατικοῦ. Et. M. p. 18. 34. ἀδμενίδες· δοῦλαι. De huius vocis origine quid statuam non video, nisi quis improbandum non esse existimet eum explicandi conatum, quo ab ἄω (cf. ἀτμίς, ἀτμός, ἀτμή) derivetur. Uti enim Lacedaemoniorum μόθων a μόθος (Et. M. p. 590. 14.) descendit, sic non omnino inepte servos inde, quod mandata exsequentes anhelent, ἀτμένες appellatos esse censebis.

75.) ἀτρύγετος.

Schol. Ambr. E. ad Odyss. 2. 390. ἢ τὸν ἀκαταπόνητον ἢ τὸν ἄκαρπον – τὸν πολλὴν τρύγα ἤτοι πολλοὺς καρποὺς ἔχοντα, ἵνα σημαίνει τὸ α ἐπιτατικόν. —

76.) ἄτρυτος.

Soph. Aiac. 788. τί μ' αὖ τάλαιναν ἀρτίως πεπαυμένην || κακῶν ἀτρύτων ἐξ ἕδρας ἀνίστατε; Schol. πολυτρύτων· πάνυ κακούντων. Valckenarium ad Th. Adon. 7. ἁ δ' ὁδὸς ἄτρυτος secutus Doederlinus (de a. int. p. 21.) alpha intentivum esse statuit. Nam, inquit, Spohnii explicatio Lectt. Theocr. I. p. 14. ἄτρυτος ὁδὸς ea est, quae confici non potest et finem habet nullum, vel Gramm. in Bekk. Anecd. I. p. 461. ἄτρυτος· ἀκαταπόνητος, ea vereor ut cum notione verbi τρύω congruat. Sexcenties enim ipsae molestiae τρύειν dicuntur hominem defatigando, numquam vicissim homo τρύειν dicitur molestias tolerando ac superando. Sed res eadem est atque in his exemplis: γῆρας ἔμαρψεν αὐτόν Od. 24. 390. γῆρας ἔμαρπτον Hesiod. Scut. 245. Φάλαριν κατέχει φάτις Pind. Pyth. 1. 186. ἔχει τινὰ φάτιν ἀνὴρ Ἐφέσιος Herod. 9. 84. Exod. 15. 14. coll. Iob. 18. 20. Quibus addi possunt haec: θανάτῳ διδόναι τινά et θάνατον διδόναι τινί (Il. 8. 166. — πάρος τοι δαίμονα δώσω). Il. 14. 414. — τὸν δ' οὔπερ ἔχει θράσος, ὅσπερ ἴδηται || ἐγγὺς ἐών. — Od. 1. 95. ἠδ' ἵνα μιν κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἔχῃσιν. Quare non est quod ab Et. M. p. 167. 12. proposita improbemus; ait enim haec: ἄτρυτος· σημαίνει τὸν ἀκαταπόνητον. — ἄτρυτα· ἀκάματα σκληρὰ καὶ ἰσχυρά. Wüstemann. ad Theocr. 15. 7. »via vix potest confici, finem habet nullum. De hac significatione v. Welck. ad Theogn. v. 261. p. 97.« cf. Lob. de prosth. II. p. 9.

77.) αὐΐαχος.

De hac voce v. quae Graefenhan. Gramm. dial. ep. I. p. 14. exposuit, ubi tamen cave, ne credas interpretanti »sine clamore.« Vid v. ἄβρομος.

78.) ἀφέρτερος

Hesych. ἀφερτέρους· πολὺ φερτέρους· ταχυτέρους. De hoc vocabulo bene Doederlinus (de alph. int. p. 21.) disputavit: priorem interpretationem compositionis legibus repugnare; verissime enim Philoxenum ap. Et. M. p. 195. 16. ita statuere: οὐδὲν εἰς ρος λήγει συγκριτικὸν μετὰ στερήσεως λεγόμενον; hoc ἀφέρτερος sive ἀφάρτερος (Buttm. Gr. ampl. II. p. 411.) nihil commune habere cum φέρτερος, quod sit προφερέστερος. Praeterea H. Steph. Thes. V. p. 590. significavit illud homonymum glossema ἀφέρτερος ap. Hesych. ἀφέρτερος· ἀφόρητος comparativum esse syncopatum adiectivi ἄφερτος, ut ἀφέρτατος ap. Greg. in frag. Vario modo unam formam existere his docetur: ἀγνώμων, ἀθέριστος, ἄθηρος, ἀκόρητος, ἄκουρος, ἄλυκτος, ἀνακτέον, ἀναξία, ἄναπτος, ἀνομολογέομαι, ἄοντος, αὐτονυχί, δίλογχος, διωρία, δυσήνιος, ἔμβροχος, ἔφηλος, θριάζω, κατάστης, κατάλειπτος, κάτοπτος, κηραίνω, κορεία, νωδός, ὀζώδης.

79.) ἀχανής.

Et. M. p. 180. 16. ἀχανὲς πέλαγος· παρὰ τὸ χαίνω, χάνω, χανὲς, καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀχανὲς, τὸ λίαν κεχηνός. Et. Gud. p. 99. τὸ λίαν ἀνεῳγμένον. Buttmannus alpha intentivum, Passovius euphonicum esse existimavit; quid Doederlinus statuerit non satis apparet. Nos quin alpha sit negativum non dubitamus. Si qua enim res hiare dicitur et locus vacuus hiando effectus (χάος) et orae, quibus includitur ac terminatur, (χείλη, Hom. Il. 12. 52. μάλα δὲ χρεμέτιζον ἐπ' ἄκρῳ || χείλει ἐφεσταότες), spectari possunt. Unde quum Homerus mare saepenumero immensum dicat (ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης· πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα· μέγα κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο· πόντος ἀπείριτος· ἐπ' ἀπείρονα πόντον), haud inepte infinitatem aequoris eo significat, quod mare oris carere itaque patere indicat, ut aliter atque sinus vel portus hiare non videatur. — Passovius, quum, ut Lobeck. de prosth. et aph. II. p. 10., in ἀχανής alpha euphonicum inesse statueret, ἀχήν comparavit, quam vocem non ita explico »qui avidus os aperit, egenus«, sed eo modo, ut eum significari dicam, qui tantopere miser sit, ut ne hiscere quidem audeat. Egestate enim efficitur vel ut quis impudens fiat et audax (cf. Schmid. ad Horat. epp. II. 2. 51.), vel ut timore completus hominum consortium fugiat et vix loqui audeat (cf. Hor. Carm. 3. 21. 18. Ovid. A. A. 1. 238.). Simillima sunt, quae de servitute tradit Homerus Od. 17. 321. ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς || ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν. Atque quis est quin videat ab hac re adiectivum πτωχός a πτώσσειν derivatum alienum non esse? (cf. Doed. Syn. III. p. 117.).

80.) ἀχύνετος et νήχυτος.

Et. M. p. 183. 10. ἀχύνετον· ἐγράφη δὲ τὸ α κατ' ἐπίτασιν, ὡς ἄξυλος. Nic. Alex. 17.

πῦρ μὲν ἀείζωον καὶ ἀχύνετον ἔπρεσεν ὕδωρ. Schol. *πολύχυτον.* Hesych. *ἀχύνετον· πολύ.* Schol. Apoll. Rhod. III. 530. *νήχυτον· τὸ πολύχυτον. τὸ γὰρ νη καὶ στέρησιν σημαίνει καὶ ἐπίτασιν· καὶ ἀχύνετον ὕδωρ τὸ πολὺ κατὰ Ἴωνας καὶ Σικελιώτας* (*Διονύσιος· Πλαζομέναις ἵνα λύσσαν ἀχύνετον ἧκα βαλοῦσα*). Callim. ap. Suid. v. *εὐρώς. Πέδιλα τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς.* Id. v. *νήχυτος,* ubi corrupte scribitur *νήχυτος ἔρως. ἐπιτατικὸν κἀνταῦθα τὸ νη.* Mus. 247. *μὴ δείδιθι νήχυτον ὕδωρ.* Nic. Alex. 387. *χέαι δ' ἀπὸ νήχυτον ἱδρῶ.* Ther. 33. *μαλάθρου νήχυτος ὄρπηξ.* Ego quidem *νήχυτον* sive *ἀχύνετον πέλαγος* ita explico: mare quod fundi s. effundi (cf. *ὄχα* et *ἔξοχα, ἐχές* et *συνεχές* Biese Arist. I. p. 302.) non potest; *ὕδωρ ἀχύνετον* aqua quae exhauriri non potest, inexhausta. Bene comparantur illa *ἄβυσσος πλούτου, πράγματος* et quae caetera sunt hoc genus. Neque miramur nonnumquam voci *θάλασσα* epitheton *χυτή* additum esse (Anth. VI. 66.): sic enim inveniuntur *κύματα ὑγρά* (Hom.), *νοτερὸν ὕδωρ* (Eurip. Ion. 146.), *ἅλς ἁλμυρά* (Eurip. Troad. 67.), *γάλα λευκόν* (cf. Schol. Theocr. 1. 57. *τὸ δὲ λευκοῦ γάλακτος τὸ ἴδιον τίθησιν· οὕτω καὶ μέλαν σκότος*), *ἰχθύες ἄναυδοι* (Soph. fr. inc. 42.), *μέροπες ἄνθρωποι, πηκτὸν ἄροτρον, τυκτὸν κακόν.* — Lobeck. de prosth. et aph. II. p. 9. quod simplex *χυνετός* indictum sit alpha formativum dicere mavult, quam pleonasticum, sive praepositionem loquelarem, quae per se nihil significet.

81.) *νηγάτεος.*

Doederlinus (de alpha int. p. 21.) quid si sit, inquit, intensio adiectivi *ἠγάθεος*? quod Buttmannus per *ἄγαν θεῖος* exponit Lexil. I. p. 48. — Sed idem Buttmannus (Lexil. I. p. 203.) metathesin litterarum ab Eustathio iam indicatam verisimillimam esse docuit; *νηγάτεος* enim e *νεήγατος* similiter atque *νεήλατος, νεήφατος, νεήτομος* facto ortum esse. Recte comparatur *θεουδής* (*θεοδεής*): cf. Nitzsch. ad Od. 6. 121. Buttm. Lexil. I. p. 251. Nec vocales solum, sed etiam consonantes locum mutare his docetur: *ἀμιθρέω* (*ἀριθμέω*), *ἄγρεμος* (*ἄργεμος* Lobeck. proll. path. p. 158.), *κερκίς* (Et. M. p. 506. 2.). Quamquam multos grammaticorum errores inde ortos esse, quod litteras locum mutasse dixerint, vel iis demonstratur, quae de voce *ἀλλόκοτος* exposuimus v. *ἄμοτος.* —

82.) *νήδυμος.*

cf. Buttmann. Lexil. I. p. 179 — 183.

83.) *νηλιτής.*

Hom. Od. 16. 317; 19. 498. *αἵτε σ' ἀτιμάζουσι καὶ αἳ νηλιτεῖς εἰσιν.* Aristarchus ap. Apollon. explicat *ἀμαρτωλός.* Lehrs. de stud. Arist. Hom. p. 154. iure, inquit, eius interpretatio Passovio improbata. Recte Doederlinus (de alpha int. p. 22.) apud Homerum scribi iubet *αἵ τε,* ut *τέ* ad *καί* referatur, coll. Aesch. Prom. 925. *ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα.* Caeterum Lobeck. (de prosth. et aph. II. p. 11.) bene docuit vocis *ἀλιτεῖν* veterem cum *ἄλη, ἀλᾶσθαι* coniunctionem testari *ἀλιτῆσαι ἀτάρπου* Orph. Arg. 647.

84.) *νηπεδανός.*

Oppian. Cyneg. III. 409. *ὑπὸ νηπεδανοῖσι μέλεσσι.* Doederlinus (de alpha int. p. 22.) quum haec diceret: »non diversum est ab *ἠπεδανοῖς,* addito *ν* intensivo« mirum quantum a vero aberravit. *Πεδανός* enim ea res dicitur, quae humi serpit, humilis; unde *ἠπεδανός* id est, quod fundamento caret, imbecillitate laborat; *νη* nihil est nisi alia negationis forma.

85.) *νητρεκῶς,*

Lycophr. 1. Henrico Stephano Thes. 1. p. 1879. videtur intentivum esse. Recte Doederlinus radicem cum plerisque in *τρέω* reperisse sibi visus est. Significatione igitur non differt ab Homerico *ἀτρεκέως.* eademque inter haec vocabula ratio intercedit, quam inter *ἀχύνετος* et *νήχυτος* intercedere docuimus. Neque ab hac re aliena sunt, quae de voce *ὀτηρός* exposuimus; v. *Ἄτλας.* Optime confertur *ἐνδυκέως,* quamquam Lobeckius repugnat, qui (proll. path. p. 332.) ad originem, inquit, andronymici *Θωρυκίων* adiectivi defectivi *ἐνδυκές* et adverbii *ἐνδυκέως* vereor ne via obsepta sit; nec sequar Buttmannum Lexil. I. 180. qui nos ad verbum *ἐνδύω* deducere studet. — cf. Et. M. v. *ἀτρεκής.* p. 165. 22. Schol. Apoll. Rhod I. 907.

86.) *νωλεμέως.*

Cf. v. *ἀβλεμέως.*
